6
33-h
3

6
13 MN
5

6-33-h-3

XXIV-7-13

Commentarij a Philippo Beroaldo conditi in aſinū aureū Lucij Apuleij.

Di Gennaro Giannelli

BIBLIOTECA N ROMA VITTORIO EMANUEL

a
prima alba
Regiſtrum.
b
Philippi Beroaldi
Vita lucii
At ego
c
Fructum
Dei medici
Sciti ſaporis
d
hinc illud
in ſcrobem
pro mutilis
e
Fulcimentum:
Iugulari
Ingeniculaſſe
f
interpretari
ad contemptum
Dictura praeſagium.
g
Tucetum: Tuceta
Nullus extinguet:
lacedemonii
h
Faceſſo. Abſcedo
Animus inquies
Veſana factio
i
tione ad
biaⁱ& inde
hoc animali
k
eorum qui
auctore
Dux &
l
Caede cultorum
morbo:
per diminutionem
m
latrones
Habere
Pagani:
n
rei uehicularis
manu: Pro
lam' eſſe
o
ſumus ſolis
Patulo. Lege
petentiſſimus

p
in dies:
Virgo: Pſyche.
aſiae. Idem
q
as ruſteſtris
Collumellae
caeteri ab ouidio
r
quam cubicularem
Inſcio tramite
s
Interea pſyche: poſt
ſiciliae nominatur: ibi
cōiuncta ſunt: alterum
t
reale papauer
ribus panis ubi tradit
bus aceruatim
u
deformat: medullas
haec ferrem calidus
pocillator: Vocabulo
x
& conſeruare: Ennius.
debitoribus
gorae quo preciebat
y
bellicoſam latronum
antidotum contra
uictum a Cn. Pōpeio
z
Tuceta concinnat:
ſoluitur, ſicut ludi
minat, graece enim
&
petiuit: Inſidioſe
caeſare dixit curio eum
ſunt, Martialis cum ſis
9
Erat in proxima:
quis ignorat?
prione decenter facit
ꝶ
perſonata: Velamēto
ſanguis uxoris eſt. &
Nam quī apud priſcos
A
ius peculiare
ſtringendum igitur
Seruum quoque ſenem
B
hominis exorciſtae
a colono depoſcunt
pecuinis oſſibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

C
expeditum: explicatum
eradere ſordes dolii.
Manipulus armati
D
apud ſequeſtrem
barbarum: nomen hic
adamantinae fores.
E
rabie perculſus. ira in
ueluti inter eos quibus
Vmbram uiolenter
F
cus Diogenes: &
ſpende leges hic
habiturum te uicinum:
G
Matrimonium
non ipſos canaliculos
odium ſit longe
H
Nec rota. De rota
Patibulo ſuffigitur: In
Affatim ſaginabar:
I
Tapetis. Sic apud
Quis. Quibus
Sed totum recipit:
K
Vngula rotunda.
Conſitus uiretis. In
aſſerui diis hominiſque
L
Fragrante. ſpirante. &
Primam uigiliam:
Parens originalis.
M
ci quoque uſurpant
Continuare.
Quid quod arbores.
N
bentur: cuius rei
Coronam deuorauit
Luci. Allocutio eſt per
O
Commiti ſilentia:
inter aues uelociſſimus
Dicerem ſi dicere
Irremunerabili beneficio

FINIS.

Ad Maximum Antiſtitem. D. Petrum Archiepiſcopum Colocē/ ſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

MOS FVIT Antiſtites Ampliſſime Statuas eorũ pu/
blice dicare: Qui aliqua Illuſtri cauſa perpetuitatem
meruiſſent: Summiq; homines non pauci Simula/
cra corporum ſuorum. In propatulo collocata cõſpi/
ci uoluerunt. Ita nominis gloriæ conſulentes ſibiq;
immortalitatem prorogantes. Præclarum hoc ſane
negocium. Cuncta enim uirtutis monumenta præclara eſſe cenſeo.
Sed nimirum illud multo præclarius eſt multoq; pennius Ingenio/
rum q̃ corporum effigies Relinquere. Animorum q̃ membrorum
Expreſſa liniamenta Nepotibus poſteriſq; diſſeminare In memori/
am ſempiternam. Si quidem ſtatuæ & imagines intereunt. aut ui cõ/
uulſæ. Aut uetuſtatis ſitu decoloratæ. Volumina uero: quæ ſunt ue/
ra ſpirantiaq; hominum ſimulacra. Nulla ui conuelluntur. nullo ſe/
nio obliterantur. Fiuntq; uetuſtate ipſa ſanctiora Durabilioraque.
Ego iam pridem aliquot id genus effigies ſublitteratoria incude ꝑ/
cuſas mihi ipſemet publice poſui: Quibus non minus opinor inge/
nii mei ſimilitudo expreſſa conſpicitur: q̃ olympionicarum Simula
cris perfecta corporum liniamenta ſpectabantur: Quæ Iconica Au/
ctores appellãt. Hoc uero nouicium Animi noſtri Simulacrum ua/
rio effigiatu cultuq; laborioſo per politum ſub tuo Nomine publi/
camus. Tibiq; nuncupatim Dedicamus Archiepiſcope Colocenſis:
Quem merito beatum cẽſemus: Cuius Ampliſſime Religioni Lu/
culenta doctrina coniuncta eſt: quæ duæ Sociabili nodo Connexæ
proculdubio ſunt Beatitudinis effectrices. Quippe Religio uitiorũ
expultrix Deo nõs conciliat & uinculo pulcherrimo connectit: Do/
ctrina uero uirtutis indagatrix immo ipſa uirtus animos noſtros
exornat excolit uenuſtat. Tolle ex mortalium Commertio Religio/
nem atq; doctrinam. quibus haud dubie uita conſtat: Cuncta con/
ſpicies incondita. Impolita. Squalentia: Nec minus tenebricoſa q̃ ſi
ex mundo Solem Lunamq; ſuſtuleris. Pytagoras ille philoſophiæ
primus nuncupator Inter plurima quæ humano generi ſaluberri/
ma Documenta præcepit Cumprimis monet. Deum Religione co/
lendum eſſe. Animum diſciplinis excolendũ. Tu perinde ac pytha/
gorici Dogmatis obſeruantiſſimus Cultor Ita Religione præcellis,

Laus Archiepiſcopi coloceſis.

Ita Doctrina præpolles. Vt nulli Antiſtitum Clariſſimorum ſis ſecundus. Agiſq; Archiepiſcopū ex
omni prorſus parte abſolutiſſimum: In quo conſertus Epiſcopalium uirtutum chorus ſplendicat.
& ſacerdotalia ornamenta collucent. Eccleſiæ Columē Euangelii tuba. Et Doctrinæ chriſtianæ Prō
ptuarium. Apoſtolus Paulus in Epiſcopo perfectiſſimo deſiderat. Sobrietatem. Prudentiam. Sancti/
tudinem. Continentiam. Sanamq; doctrinam. Quæ omnia in te uno affatim cumulata Conſpiciun/
tur. Tu ſobrius. Tu prudens. Tu moribus Defecatis ornatus. Tu caſtitate uitæ Sanctiſſimus. Frugaliſ
ſimuſq;. Doctrina uero tanta peculiariter excellis. ut non minus ſis eruditione quam Archiepiſcopa
tu memorandus. Inſtar Iubæ Regis: quem ſtudiorum claritate quam Regno memorabiliorem Au/
ctores Clariſſimi prodiderunt. Tu inſtar Cipriani Auro Argentoq; Suffarcinatus exiiſti De ægypto
Iuxta Dominicum preceptum Deſpoliata: Tu mellis primicias hoc eſt prædulcem eloquii ſuauita/
tem domino obtuliſti. tu ſicuti diceris ita re ipſa es Archiepiſcopus. hoc eſt princeps primariuſque
epiſcoporum. Nam ſicuti claritudo natalium non facit Matrem familias. ſed boni mores. Ita neque
Stemmata neq; opes neque Nobilitas dant primatum Apicemq; ſummo ſacerdoti. Sed religio do/
ctrinæ copulata. Contrario compluſculi hac tempeſtate in eccleſia dei uiſuntur: Qui cum epiſcopali
dignitate ſint ſummi morum & inſcitiæ dehoneſtamento ſunt inſimi. Quibus magna lauticiæ Lu/
xuriæq; cura eſt. maxima uirtutis incuria. In quibus Epiſcopi nihil quicquam cernas preter habi/
tum & nomen: Qui quid ſit Epiſcopatus ignorant. Inſtar phaniæ Pontificis propter Ruſticitatem
Quid eſſet pontificatus neſcientis. Conditores eccleſiaſticæ litteraturæ celeberrimi prodiderunt Cæ
cum animal deo offerri quotienſcunq; illitteratus ſacris initiatur. ſitq; Adſcripticius militiæ Religo
ſæ. Dii boni quot ceca animalia quotidie Deo dedicantur. Quot Antiſtites primarii. Quot Proto/
myſtæ. Quot Epiſcopi cecutientes ſunt Et prorſus Talpæ Hoc eſt indocti incultiq;. Lux enim ſacer/
dotis & cultus doctrina eſt. Habent hii quidem domos exornatas opiparam ſupellectilem. familiam
numeroſam. Omnia ſplendentia preter ipſos dominos. qui uitiis decolorati & labe Ignorationis inſe
cti Sunt tenebricoſi prorſuſq; ſordeſcunt. Et cum Maieſtas Epiſcopalis auro comparetur Non tam
fulgore auri ſplendicant quam plumbi liuore palleſcunt. Epiſcopus autem cum græco uocabulo ex/
plorator ſiue ſpeculator ſignificetur Videre ſane eſt tales Epiſcopos dignos tanto nomine. Dum cu/
rioſe explorant & ſolerter ſpeculantur Redditus atq; uectigalia epiſcopatus: Qua quidem unica in re
merentur Epiſcopi nominari. Hoc eſt exploratores diligentiſſimi. & ſpeculatores ſolertiſſimi: Quos
ut ſerio loquar & dicam quod ſentio non tam epiſcopos quam pſeudo epiſcopos merito appellaue/
ris. Cum autem ignorantia inter religioſos hoc maxime ſeculo Tanquam Grangrena ſerpat & perin
de ac peſtilentia late graſetur. Tu ab eius contagione longe reſiliens Muniſti temetipſum Alexiphar/
maco doctrinæ chriſtianæ eloquentiæq; medicamento: Quibus nihil poteſt eſſe potentiuſque. Et
cum aliorum animi in macie. Corpora in ſagina ſint. Tua mens adipibus doctrinarum Saginata pin
geſcit: Qualis pinguitudo. quanto uberior tanto ſalubrior Cæterum cum ex Apoſtolico præcepto
Oporteat Epiſcopum eſſe dei diſpenſatorem atque pediſequum. Cumq; in eccleſia hoc ſit epiſcopus.
Quod in naui gubernator. in curru Rector in exercitu dux. Tu inſtar boni patris familias Tota eccle
ſiæ membra circunſpicis. & nequid laxabundum ruat Curioſe Procuras: ut uerum ſit: Qui bona fi/
de Deum colit. eundem & diuina diligenter excolere: Inſtarque Boni paſtoris Eorum quibus præes
commodis ſalutique Subſeruis. Tu eccleſiæ Rector exornator illuſtrator exiſtis: Et ſicuti ſacrarium
ſanctitudinis ac Domicilium Dei eccleſia dicitur. Ita te Præſide eſſe cognoſcitur. Quæ uero ad tuum
ſacerdotium pertinent diuina myſteria. ea tam diligenter. tam ſancte. tam ſolenniter celebrantur. ut
omnia in his maxime caſta ſolemnia Religioſa ſint: Vt ſacerdotes alii ex inſtitutis tuis Religionis co/
lendæ formulam mutuentur. Ad hæc cum hoſpitalitas: Quæ præcipua uirtus eſt. Epiſcopum cum/
primis exornet: Domus tua patet Illuſtribus humilibuſq; hoſpitibus Indiſcriminatim. Pauperes ad
te perinde ac in Aſylum ſalutis confugiunt. Tuis erogationibus ſuſtentantur. Et profecto qui benefi
cus eſt In egeſtoſos: Deum promeretur. Imo ut uerius loquar deum ipſum cumputat debitorem. Pla
utina illa ſententia. de mendico male meretur: qui ei dat quod edat aut bibat: Tibi iure optimo uelu/
ti inhoſpitalis ac deteſtanda Improbatur. Qui probe calles humanitatis officium eſſe neceſſitati ho/
minis egentis ſubuenire. Quantum uero illud eſt. Quo preconio. Qua laude memorādum? Quod
Militibus Regiis Annonam omnifariam calceos. pilea ueſtimenta large ſuppeditas. Qui oppoſiti
ſunt ueluti obices Turcis Cohercendis. & ſane decet Epiſcopum Orthodoxum nulli impendio par/
cere ad cohibendos hoſtes chriſtianæ fideis ſempiternos: Qui ſanguinis noſtri ſitientes Chriſtianiq;
nominis delendi cupiditate flagrantes. faciunt continenter in regionibus Pannonicis incurſiones:
omnibuſque uiribus expugnare contendunt Propugnaculum in confinio Pannoniæ munitiſſimū:
Cui Belgrado nomē. Verum illic preſidium Regium in procinctu expeditum ſemper eſt ad illorum
impetum retundendum Et ferociam ſuffrenandam. Hii autem bellatores Limitanei Tuis inuiramē
tis Excitantur. Tua largitate fiunt in arma promptiſſimi. Te opitulatorem Te parentem Conſono
ore Apellitantes. inde ſit ut te non minus Auxilio pollentem quam conſilio experiantur. Cum autē
ſummus honos ſit notum eſſe tantummodo Ampliſſimis principibus: Tu apud Maximum Ponti/
ficem Alexandrum es impetrabilis. Tu Maximo Regum Regi Mathiæ Cuius laudes nulla ætas

Contra Indoctos Epiſcopos.

Epiſcopus explorator.

Ignorātia ut cacer.

Hoſpitaliſſimus archiepiſcopus Col.

Laus Mathiæ Regis.

conticeſcet.Qui Alexandro Magno Cæſari dictatori Hannibali Pœno uirtute imperatoria eſt com/
parandus.Tam carus tam iucundus olim fuiſti Vt apud Maximum Regum honoratior fueris quã
apud Scipionem Panetius.Apud Alexandrum Ariſtander.Nec immerito.Ille enim maximas com/
pluſculas tuo conſilio.Auctoritate.Prudentia glorioſe confecerat.Quamobrem maximis ſicut Par
erat.Te ornamentis ornauit.Et Archiepiſcopatus Apice meritiſſimo condecorauit.Quem tu tamẽ
ante merueras quam acciperes.Quippe uiri præcellentes ſtudent non tam ſuſcipere ſacerdotium ꝙ
mereri.Verum enim uero in ætate hominum agenda Vt inquit plautina matrona .luptati mœror
comes conſequitur & Serenitati tempeſtas proxima.Deniqꝫ nulla tranquillitas poteſt eſſe diuturna:
Nec ulla fere eſt tam ſolida fœlicitas.quam nõ fortunæ turbo Concuciat:quæ ſemper uirtuti aduer
ſatrix eſt & contumax.Cuius ſpicula aculeata Cum alibi.Tum in Aula principali maxime perfo/

Calumniatores in aula regia.

rant.Vbi inpidi calumniatores atque maleuoli criminatores dominantur: qui in cubiculo Regio
Viperæ Linguas uirulentas uibrant in perniciem Bonorũ.qui fœlicitatem inuident beatis: Doctri/
nam eruditis:qui inuidentiæ ſtimulis irritati uirtutem præcellentem allatrare non ceſſant.omni
prorſus peſtilentia peſtilentiores.in hoc maximi Principes.quod cum bona illorum uenia dixiſſe
fas ſit.identidem peccant.Vt uidelicet Neuo Credulitatis infecti Aures nimis patulas præbeãt Dela/
toribus.quos ut ſapiẽter Domitianus dicere ſolebat.qui non caſtigat irritat.Horum itaque fictæ cri
minationes te Regi Mathiæ fecere ſuſpectum.te ueluti procellæ turbulentæ uentos regios qui tibi
ſpirabant ſecundiſſimi.immutarunt.in tantum ut Cymba tua retrorſum acta ſcopulo illideretur.
tunc fortunæ fulminantis ictu non tam extinctus quam decoloratus docuiſti uirtutem Afflari poſ/
ſe extingui non poſſe.cuius cum proprium ſit neque Rebus ſecundis immodice efferri Neque ad/

Littere in aduerſis ſolatio.

uerſis imminui.Tu ſicuti in proſperis Modeſtus ita inaduerſis conſtans procellam illam impetu ue/
hementiore proſilentem patienter pertuliſti Virtutis adminiculo fultus: & conſcientia immacula/
bili ſubnixus.Qui ad unicum calamitatis leuamentum ſtudia confugiens id temporis maxime ex

Laus. Regis Vuladiſlai.

pertus es litteras ſicut felicibus in rebus ſunt maximo ornamento.Ita in calamitoſis eſſe Maximo ſo
latio.Singularique perfugio.ex quo uberrimus eſt fructus Iucunditaſque ſapienti.Verum cum ma/
ximum hominis propugnaculum inocentia ſit.Cumqꝫ uirtus concuti poſſit excindi funditus non
queat Tu priſtino Mox faſtigio reſtitutus clarior illuſtriorque emerſiſti.Inſtar ſolis quem nubecula
obumbrauerit:qua mox diſpulſa purior nitidior flagrantior emicare conſueuit.Impreſentiarum in
maxima es ſicut merito eſſe debes exiſtimatione atque auctoritate apud Sacratiſſimum & omni cũ
honore mihi nominandum Regem Vuladiſlaum.quem Religioſiſſimum ſanctiſſimum indulgen/
tiſſimum Regum omnium ſciunt omnes qui nouerunt.Et cõſtans fama latiſſima prædicatione cir
cunfert.Qui Regiis uirtutibus quaſi compactus atque conglutinatus duorum Regnorum Panno/
niæ & Boemiæ habenas ſapienter & ſalubriter moderatur:cui non ſecus ac Traiano alteri cogno/
mentum Optimi optime congruit: Quem mihi in animo eſt aliquando reuerenter ſalutare Sed

Vita interior inculpabilis.

non ſine munere carthario:Sicuti parthorum Regem Nemo ſine munere ſalutat.Tu apud ſumma/
tes & proceres Aulicos omnis es amabilis.Atque pro ea qua plurimum polles uirtute es uenerabilis.
Te omnes uti parentem colunt.Regiiqꝫ ſtatus patronum ſtrenuiſſimum cum laude ſuſpiciunt: Cæ/
terum cum pulcherrimum ſit ut inuita Ita in ſtudiis ſeueritatem comitatemqꝫ miſcere Et ex diſſo/
nis facere concentum.Tu auſteriorem ſpiritalis doctrinæ diſciplinam miſces ſenioribus ſecularis ſa/
pientiæ condimentis.poſt ſpicas ex ſalubriori Meſſe collectas racemos uindemiæ Oratoriæ ſuauiſſi
mos decerpis.ſine cuius ſuaueolentia Doctrinæ omnes inodoræ.inſuaues.iniucundæ ſunt & pror/
ſus Aſpernabiles.Omnes qui iſtinc ueniunt multa de tua æquitate temperantia Integritate.Doctri/
na commemorant.teqꝫ Præconio Bonitatis extollunt.Quid memorem quam probus quam ſplen/
didus quam inculpatus exiſtas in uita interiore atque domeſtica:Ex qua mores perpenduntur & in
terior homo diſpicitur.Cumque ex moribus miniſtrorum domini per ſepe iudicentur.Domus tua
tota bene Inſtituta.Famulitiũ.Quod pro dignitate copioſum eſt.ad mores dominicos mire forma/
tum.Nihil turpe dictu factuqꝫ in domo tua neqꝫ audiatur neqꝫ cernitur: Quod ſiqui aliquando im/
probiores exiſtunt.Difficile eſt enim in maxima Familia ad præſcriptum Cunctos innocenter dege/
re.eos tu auſteriore Medicina ſeueritateque non tam tetra quã tetrica.ad frugem bonam reuocare cõ
tendis.propriores uero indulgenter Amplexaris ac foues.Ita ex malis Bonos.Ex bonis optimos effi/
ciens.id quod in.M.Antonii Imperatoris laudem plauſibiliter proditum eſt.Et cum in Familia nu/
meroſa plures habeas egregie fideles.Inter cæteros probiſſimus eſt Martinus Atthadinus:Quo in ne
gociis dominicis obeundis nihil fidelius diligentius uigilantius noui.Quem tu ex omnibus unum
ut pote ſolertiorem maxime idoneum delegiſti Cui Arcana committeres.& negocia per magna con
crederes.quem ad pontificem Maximum nuncium renunciumque impetrabilem es expertus.Et

Vigilax archiepiſcopus

cum in te habundent uirtutis & bonitatis exempla.Tu iuſti æquique e pertinax religioſæque inſtitu
tionis ſeruantiſſimus Penſum religioſum.quod quotidianum ſacerdos bonus Deo debet.ſuis horis
abſolutum incontanter reddis.in tantum diſſimilis iſtis:Quibus pro Pſalterio pſaltria eſt pro ſancto
breuiario ſcortum accubat.Et cum ex Homerica ſententia turpe ſit uiro primario totam noctem
ſomno conſumere.Tu ſomniparciſſimus uigilas de nocte bonaſque horas Bonarum artium ſtudiis

impendens.Ita uitam procudis prorogaſque:uita enim uigilia eſt.Denique agis Archiepiſcopum ſi/
ne ſuperſtitione religioſum:Sine ſimulationis ſuco.ſincerum.Sine labe emaculatū ſine iactantia litte
ratum.Vt merito unus dici poſſis irreprenſibilis.quod abſolute u[illegible]tis inſtar eſt:idque in epiſcopo
depoſcit Apoſtolus.Age uero illud uetus uerbum quod ait ſimilia ſimilibus lætari.non ne ſpectatiſ
ſimum in te ueriſſimumque eſſe conſtat?Qui cum ſis litteratiſſimus conuictoribus litteratis.Habeſ
que in prandio & cœna eruditos fabulatores:Quorum ſermones conuiuales ſunt tibi pro pabulo
ſuauiſſimo:qua in re mehercules Alexandro imperatori Romano es ſimillimus.Qui in cōuiuio do
ctos omnes adhibebat:dicens ſe litteratis fabulis recreari & paſci:Et profecto uirio Eruditiſſimo con
dimentum ſuauiſſimum eſt fabulatio litterata.Contra cum inter ſe doctis indoctiſque ſit naturale
diſſidium Tu prophanum uulgus odiſti & indoctos eliminas.Bonos omnes inter ſe ut inquit Pla/
to oportet amicos eſſe Et ſi ſint minus noti:Quorum mores ſectæq; conueniunt:Tu platonici præ
cepti retinentiſſimus Bonos omnis Hoc eſt litteratos diligis ac foues.Et cum eruditis ſit amicitia
tua uel maxime concupiſcenda.Tu eruditorum beniuolentiam ſtudioſe expectis.muneribuſq; con/
cilias.Nullus in Italia litterarum litteratorumq; Altrice ac parente eſt ſtudiorum claritate paulo ce/
lebrior:Qui non tibi ſit glutino amicitiæ copulatus.Tu me perinde ac in ſtudiis humanitatis neq;
poſtremum.Neq; imi ſubſelli profeſſorem muneribus es proſequutus.Tu ad me crebras litteras de
diſti:Quo dii boni lepore.Qua uerborum atq; ſententiarum Amenitate Refertiſſimas Prorſus ut
perfectus Orator.Tu ad me ueluti ad præceptore neque moribus.neque doctrina penitendum De/
ſtinaſti neceſſarios diſcipulos ut doctrinis expolirentur.Et dolatorio eloquentiæ leuigarentur.Inter
quos eminet Michael Cheſerius.quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet.Et ingenii lumē Elu
ceſcit.Qui ad comendam linguam & capiendum Facundiæ cultum eſt oppido quam docilis:haud
quaquam degenerans a parente Stephano Cheſerio uiro clariſſimo:qui obprobitatem atque uirtu/
tem agit iſtic Viceplatinum:quod nomen eſt præfecturæ in Pannonia honoratiſſimæ.Tertiaſque a
Rege dignitatis partes gerit.Magnum hoc ego duco.Quod Archiepiſcopo Maximo eloquētiſſimo
doctiſſimo.Noſtra quantulacunque eſt doctrina non ſordet.Huiuſce autem inter nos Florentis in
dies amiciciæ Conciliator & quaſi conglutinator fuit diſcipulus meus Philippus Cyulanus Iuuenis
Apprime Nobilis & impenſe doctus.qui Auro pannonio merces latias hoc eſt litterariam ſupellecti
lē:Qua nil precioſius.Comparauit.Et hac politiori eruditione Suffracinatus.Pigmentiſque Orato/
riis bene coloratus in patriam ad ſuos nupertrime remmeauit.Et ſane me plurimum iuuat cum ex
Gymnaſio noſtro litteratorio Scholaſticos Conſpitio:non ſolum Ciſmontanos Verum etiam Trāſ
montanos Nobiles compluſculos bene litteratos prodi iſſe:quotidieq; prodi re Repurgata lingua/
rum Vitiligine omniq; Deterſa Barbarie.Inter quos ad preſens eſt Gemma Scholaſticorum.& il/
libatus eloquentiæ candidatorum Flos Iohannes Vartimbergenſis Boemus Meus ut uulgo dicitur
Compater:Quem Arctiſſime diligo:quo Amabilius elegantius ſplendidius Nihil quicquam reperi
ri poſſe contenderim:Hic me formatore ac magiſtro tam enixe colit eloquentiam Tam diligenter
īdulget ſtilo latiali:Qui optimus opimuſq; eſt dicēdi artifex:ut ad genitales Terras in patriū larē ſit
elegantias Italicas haud dubie ſecum relaturus.Vt Tullianis ornamentis excultus poſſit inter ſuos.
non ſolum diſertus uerum etiam eloquens haberi.Et doctrinæ nitidioris honeſtamento nobilitari.
Ergo igitur ut hæc quæ mihi tecum felicibus auſpiciis exorta eſt amicitia Tam proba Tam ſancta
Tam ſplendida uulgo innoteſceret:fieretque apud poſteros quoq; teſtatior.Commentarios hoſce
Apuleianos tibi nominatim Dedicaui Archiepiſcope Petre inter Antiſtites primarios Doctiſſime.In
ter doctos Religioſiſſime.Inter utroſq; Clariſſime:Quod ſane munus Neq; minus precioſum quam
aureum.Neq; minus fulgens quam argenteum tibi potiſſimum uideri debet.Qui optimi noſti bo/
na animi Tanto bonis extrariis præſtare quanto animus corpori Antecellit.Quæ in lucio noſtro ſale
broſa ante hac ſentiebantur.ea leuigare:Quæ obſcura illuminare:Quæ tortuoſa corrigere connixus
non pauca quaſi aliud agens de induſtria interſerui ad omniſariam interpretationem pertinentia:
Quibus ueluti condimentis Nauſeoſus laſſeſcentis conuiuæ ſtomachus Reficeretur.& omne quaſi
faſtidium abſtergeretur.Multa medius fidius ex Secretariis Doctrinarum abdita eruere atq; expro/
mere elaboraui:ut pro uiribus iuuarem ſtudioſos linguæ latialis prodeſſemq; poſteritati.Spero ha/
ud indignos futuros Commentarios:qui in bibliothecem tua reponantur:quam libris omnigenæ
Doctrinæ copioſiſſimis habēs inſtructiſſimam elegantiſſimāq;.Dii ſaxint ut teſtes ſint mei Erga te
amoris & obſeruantiæ ſempiterni.Vt nomen tuum meumq; iunctim latiſſime circunferant.Et ſane
impreſſor optimus operam dedit:ut Volumina Commentariorū circiter duo milia formis excuſſa
diuulgarentur.Mihi in Animo eſt In reliqua quoque Apuleiana Volumina Condere annotationes.
Si hæc tibi non diſplicuiſſe cognouero:Te enim iudicem tanti facio.quanti fieri debet doctiſſimus
Maximus Amantiſſimus cenſor.Et is cuius Nomini peculiariter Dicantur.Opto ut Opus hoc mu
ſteum tibi priuatim miſſum quoq; nomini dedicatum omnibus Probis legatur:Male litteratos ni/
hil moror.Vale decus Antiſtitum.& Columen eruditorum.Meq; prout cœpiſti Abſentem ab/
ſcens Dilige.& cū a Seriis occupationibus fueris Feriatus:hæc qualiacūq; ſunt Tranſlegere ſpreueris.

Doctus doctos amat Libera lis in eruditos

Io.Varti/bergēſis cōpater meus.

Cōpen/diaria laus ar/chiepi/ſcopi.

Cœlii calcagnini Ferrarienſis epigramma.

Exi lucidus undecumq; Luci
Terſus.frugifer.elegans.rotundus
Nec graues metuas ſubiſſe rhonchos
Adeptus modo priſtinum decorem.
Q uem doctus Beroaldus & diſertus
Lima reſtituit ſeueriore.
N ec ſolum tibi reddidit priorem
Cultum:at ſi quid erat parum remotum
Conſuetudine:diſpulit tenebras
Et lucem dedit enitentiorem.
Q uare ſub ſtudium eruditiorum
Exi lucidus undecunque luci

Philippi Beroaldi Endeca ſyllabon ad Aſinum Aureum.

I dextro pede.Sidere & ſecundo
Fœlix pannoniam petas Aſelle.
Te non aſpera ſaxa non uiarum
Scruppi.flumina.ceſpites lacunæ
Cliuorum ſalebroſa.ſenticeta
Delaſſent:iter hoc laborioſum
Tranſcurras ſine claudicatione.
Commentaria noſtra ſarcinaſq;
Perſer nauiter.offeraſq; Munus
Petro Pontifici pio eloquenti.
Q uo nil doctius elegantiuſq;.
Q uo nil ſanctius eſt benigniuſq;
Is te comiter obuioq; greſſu
Gratanter capiet.ſtatim refectum
Vnguento.Ambroſia.Toro fouebit.
Tunc molli ſatur educatione
Fies delicium tui patroni.
Guſtabiſq; roſas.eris Toroſus
Splendens Floridus aureuſq; Aſſellus.
I dextro pede.Sidere & ſecundo
Fœlix pannoniam petas Aſſelle.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS PRAEFATIO.

MAGICA Ars, quæ in maxima fuit apud priſcos dignatiõe: Tres alias artes imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in unã ſe redegiſſe credit. Videlicet medicinam regionẽ at Aſtrologiam: Ita poſſeſſis hominũ ſenſibus triplici uinculo in tantũ faſtigiũ adoleuit: ut in oriente Regũ Regibus imperaret: ſine dubio illic orta a Zoroaſtre Conditore: Quippe inter prima regalia docebatur: Nec ullus apud perſas regnare poterat niſi magia calleret: Auctor eſt Plato, pueris regũ doctores quattuor attribui: Quos regios pedagogos appellant: Quoꝝ primus magicam peculiariter docet. Tota pene Homeri odiſſea, nõ aliunde q̃ ex magia cõſtat: Siquidẽ protei transfigurationes, & ſirenũ cantus, & circes pocula. Et inferoꝝ euocatio Magico intellectu conuelantur: primum de ea commentatum Hoſthanem eſſe memoriæ prodiderunt: qui Xerſen Regem bella Græciæ inferentem comitatus ad rabiem non auiditatem modo huiuſce Artis græcorum populos egit: Tantaq; antiquitus claritas gloriaq; ex hac ſcientia pene ſemper petita eſt: Vt Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato: Lumina doctrinarum ad hanc diſcendam nauigauerint peregrinationibus ſuſceptis: hanc reuerſi prædicauerint: hanc in arcanis habuerint: Hiſtaſpes quoq; rex prudentiſſimus Darei pater cum indiæ ſecreta penetraret ad nemoroſam quandam uenit ſolitudinem: cuius tranquillis ſilentiis præcelſa brachmanum ingenia potiuntur: eorumq; monitu edoctus puros ſacrorum ritus, ex his quæ didicit magorum ſenſibus infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſq; progeniem poſteris ætatibus tradiderunt: Ex eo per ſæcula multa una eademq; proſapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Quin etiam Moſes ille iudaicarum legum Conditor & famigeratus magices factionem illuſtraſſe proditur: Et plane quod inter auctores conſtat orbem terrarum magia peragrauit: Oceanum quoq; tranſgreſſa. Et in Britaniam uſq; prouecta: quæ illam attonite celebrauit: Gallias quoq; poſſedit: Dryudis qui gallorum magi ſunt illuſtrata: Eſt autem magia ut iter prætatur Plato Deorum cultura: ſic enim ait in alcibiade primo, μαγεία ἐστ τὴν τῶν θεῶν θεραπείαν. Vnde ab Apuleio dicta celitum Antiſtita colendiq; eos ac uenerandi gnara. Duplicem magiam eſſe eruditi autumant quarum altera platonica eſt & philoſophica: quæ nihil aliud eẽ traditur q̃ naturalis philoſophiæ abſoluta conſumatio. Cuius cultor religioſo ſanctoq; uocabulo magus appellatur. Et enim perſarum lingua magus eſt qui noſtra ſacerdos. Altera demonum potentia conſtat, res mediuſſidius execranda inteſtabilis portẽtoſa quam nomine deteſtabili γουτειαν goetian uel horribiliori theurgiam uocant, quanuis porphirius platonicus quandam quaſi purgationem animæ per theurgiam promittit, qui tamen hanc artem modo tanquam fallacem legibuſq; prohibitam cauendam monet. Modo utilem mundandæ animæ parti eſſe dicit: Cæterum uulgari more magum eum eſſe dicunt: qui communione quadam loquendi cum diis immortalibus ad omnia quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminũ polleat: & uulgo magi malefici ob facinoꝝ magnitudinẽ nuncupantur: ut ſcribit diuus Auguſtinus & repetitum eſt in Decretis canonicis. xxvi. q. quinta hii ſunt qui elementa concutiunt, mentes hominum turbant Violentia cantaminis, citra tamen ueneni hauſtum: Ex quo cecinit Lucanus: mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni Excantata perit. Magos dici arbitratur porphirio Commentator quaſi magnagos a magnis uidelicet rebus: quas ſe perficere poſſe gloriantur: Atq; eos carminibus conuertere ſenſus animoſq; mortalium: hinc teſte Tertuliano ſunt phantaſmata caſtorum & aqua cribro geſtata. Et nauis cingulo promota. Et barba tactu irruffata. Magia legibus. xii. tabularum fuit antiquitus interdicta: Verba ipſarum legum decem uiralium ſunt hæc, qui fruges excantaſſet: qui malum carmen incantaſſet: & illud, ne ue alienam ſegetem pellexeris, hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri poſſe credebantur: Ideoq; in duodecim tabulis ei qui hoc fecerit ſupplicium ut Cicero memorat conſtitutum fuit, hinc ait Dido uirgiliana Magicas ſe inuitam accingier artes. Species magiæ plures. Eſt enim ex aqua, quæ hydromancia nuncupat: ex ſecuribus, quæ Axinomantia: Alia fit per ſpecula: quam Catoptromantiam nominant, de qua intelligi uoluit ſpartianus in Didio Iuliano his uerbis. Carmina prophana incantauerunt: Et ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri. In quo pueri præligatis oculis incantando uentura reſpicere dicuntur. Iulianus fecit: Eſt & lecanomantia: quæ ex peluibus diuina promittit: Quas græci Lecanas uocant. Et apud perſas erant magi Strabone teſte in. xvi. lecanomantici cognominati. Quaſi ex peluibus diuinantes, pſellus quoq; libro de demonibus tradit Lecanomantiam apud aſſyrios frequentatam, ſcribens uaticinantes accipere peluim aqua plenam. Dæmonibus congruentem, in profunda repentibus: ubi autem Dæmon illapſus eſt, aqua edi ſonum quendam fatidicum. Præterea notiſſimæ ſunt pyromantia. Geomantia. Chiromantia uidelicet, per ignem, terram, & inciſuras manuum factæ diuinationes. Necromantia ſiue Necyomantia ea eſt: qua umbrarum euocationes fiunt & inferorum colloquia celebrantur: a qua necromantici illi famigerati nomen ſortiũtur: quorum incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare, ad interrogata reſpondere uidentur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Talis eſt apud Homerum euocatio manium facta ab Vlyxe: Talis

De magia ſcitu. Digna.

Moſes. q̃ uulgo. Moyſes.

Magia deorum cultus.

Magus ſacerdos

Goetia Theurgia.

Porphirius.

Barba tactu irruffata.

Magia uiter dicta legibus.

Hydromantia

Axinomantia.

catoptromantia.

Lecanomantia.

apud filium a ſcipione. Apud Valerium Flaccum ab Eſone. Apud Papinium a Tireſia. Apud Orati-
um a fœminis ueneficis. Quidam Necyomantiam Sciomantiamq; ita diſtingunt, ut Necyoman-
Scioman tiæ ad erigendum Cadauer ſanguis ſit neceſſarius. In ſciomantia uero ſola ſufficiat umbræ euoca-
tia. tio. Vnde & nomen. Eſt & Capnomantia ars quædam ex fumo aræ uerum præuidendi & ex motio
Capno- ne fumi quæ ſunt futura cognoſcendi: Cuiuſmodi diuinaculos a fumo Capnomantas appellant. Ex
mantia. hoc magiæ fonte deriuati ſunt apud Romanos Ethurici Auſpices: Apud indos Brachmanes &
brachma gymnoſophiſtæ: Apud gallos. Dryudæ. Et barbi: Apud ſiculos Galeatæ: Apud cunctas nationes pla
nes. netarii: qui mathematici ſunt: Et uulgo Aſtrologi nominantur. Plinius ubiq; alacriter oppugnat il
Dryudæ luditq; placita Magorum atq; promiſſa. Magicaſq; fere ſemper uanitates appellat; nec ueritus eſt ſcri
Plãetarii. bere magiam artem eſſe inteſtabilem irritam inanem: Quintus Curtius Magiam non artem eſſe
profitetur. ſed uaniſſimi cuiuſq; ludibriũ: Eccleſiaſtici conditores magicas præſtigias uocitant tanq̃
fallacia quadam præſtringentes hominum mentes rerum ueritatem ementiantur: Et ita curioſita-
ti mortalium callenter illudant: Cæterum non parum multi credulitatem ſuam addixerunt magi-
cæ doctrinæ: perinde ac rerum cunctarum potentiſſimæ: Inter quos. ut cæteros præteream Lucius
Luciãus Lucianus patrenſis Diuinationis gnarus nec minus Elegans ſophiſta: q̃ mordax ſcripſit ſe petiiſſe
ex patris. Theſſaliam deſiderio noſcendæ magiæ flagrans: ibique dum ſe in auem uerti cuperet in Aſinum a
achaicis. paleſtra ancilla unguenti potentia eſſe demutatum: Et ita ſub Aſinali Effigie: humano tamen ſen-
ſu & mente incolumi retenta multas erumnas exanclaſſe: multiiugoſq; labores toleraſſe comme-
morat: Donec guſtatis roſis in priſtinum Lucium reformaretur: hic igitur apud græcos ſtilo perele-
ganti luſit Aſinum aureum: quem noſter Apuleius Emulatus & ipſe apud latinos Conſimili argu-
mento ſtiloq; nitidiſſimo condidit undecim uolumina de Aſino aureo. ſiue metamorphoſeon: In
Ex race- quibus elegans eſt. Eruditus. Emunctus. Et cum haud dubie ex racemis Luciani ſibi fecerit uinde-
mis. miam: Eoq; uno archetypo prope peculiariter ſit uſus: Magna tamen inter græcum Latinumq; Aſi
Luciani num differentia: Ille breuis. Hic copioſus. Ille uniformis & ſummatim ex homine in Aſinum ex Aſi
Videmia no in hominem tranſformationem reformationem perſcribens. Noſter uero multiplex & fabellis
Apuleii. tempeſtiuiter interſertis omnem aurium faſtidium penitus abſterget. Græcus ille magiam primo-
ribus labris guſtaſſe uideri poteſt quamuis de ſe ſcripſerit μαγικῶ ἀγευστος. Vaticinus bonus. Hic ue
ro noſter plenis hauſtibus hauſiſſe: In tantum ut Magorũ maximus crederetur. Et ut auctor eſt Au
Miracu- guſtinus. Apuleium & Apollonium dixere non minorem q̃ Chriſtum feciſſe miracula. Et ut Lactã-
la facta tius refert ſolent Apuleii & multa & mira memorari. Ipſe tamen magi nomen reſpuens aduerſus
Apuleio. calumniates: qui ei magicarum artium Crimen intenderant. eloquentiſſime ſe defendit: Sunt præ-
terea in Lucio noſtro uerba non parum multa interſeminata: quibus magis delecter q̃ utar. plurima
Nouató uero quibus perinde utar ac delecter. Et ſane nouator plerumq; uerborum eſt elegantiſſimus tanto
Verboꝝ que cum decore & uenere. ut nihil decentius: nihil uenuſtius fieri poſſit: Deniq; hic noſter Aſinus ſi
cut uerbo dicitur ita re ipſa aureus conſpicitur: tanto dicendi lepore tanto cultu: tanta uerborũ mi-
nime triuialium elegantia concinnatus cõpoſituſq;: ut de eo id dici meritiſſimo poſſit: Muſas Apu-
leiano ſermone loquuturas fuiſſe ſi latine loqui uellent: & ut dicam quod ſentio plurimum confer-
Sermo- re Apulei frequens lectio ad excolendam linguam poteſt: & ad eam eloquentiæ partem quam ſer-
natrix. monatricem appellant maxime eſt accommodata: Cuius Eloquentiam Sidonius Apollinaris ue-
lut fulminante præconio uirtutis extollit: & Diuus Auguſtinus in epiſtolis Apuleium eloquentiſſi
mũ eſſe teſtatur: de quo ſic ſcribit: Apuleius Aferre honeſto patriæ ſuæ loco natus & liberaliter edu
catus: magnaq; præditus eloquentia: Eundem in libris de ciuitate Dei Platoni cum græca & Latina
lingua nobilem appellat. Quaobrem te lector. oro. moneo: Hortor: ut familiaris tibi fiat hic ſcriptor
Prodro- ſitq; tuum quaſi manuale & Enchiridion. In quo ſi quid durum uidebitur id noſtrorum cõmenta-
mos. riorum expolitione emollietur: ac leuigabitur: quorum Ianuam repandet præcurſoria hæc & uolu
Enarra- ti prodromos enarratio cõpendiaria de Lucii Apulei patria ingenio. & libris. Solet eni & hæc quoq;
tio. ſtudioſis eſſe non iniucunda cognitio.

VITA LVCII APVLEII SVMMATIM RELATA.

LVCIO Apuleio afro nobili Platonico: patria fuit Madaura Romani. Po. Colonia oli ſplendidiſſima. & ſub ſyphacis ditione collocata. quæ in numidiæ getuliæq; cōfinio ſita eſt. Ex quo ſeminumidam & ſemigetulum ſemet ipſe profitet. Vnde & madaurenſis Platonicus Sidonio dictus pater nomine theſeus cunctis in patria honoribus perfunctus. Mater nomine ſaluia. Inter fœminas probitate præcellēs: Cuius nobilitas ſatis clara ut pote a Plutarcho illo inclyto cheronēſi: ac ſexto philoſopho Plutarchi nepote deriuata: Vxor pudentilla opulentiis uirtutibuſq;: quæ in fœminam cadunt dotatiſſima ipſe uero ſucculenta proceritate: oculis ceſiis: Flauo capillitio ſpecioſus: Floruit carthagine: ſub Ioliano auito. & Claudio maximo. proconſulibus: Vbi pueritiam diſciplinis liberalibus excoluit: plurimūq; ſub doctoribus Carthaginenſibus profecit. Vnde haud immerito ſe ſe carthaginis alumnum gloriabundus prædicat: eamq; africæ muſam celeſtem & magiſtram uenerabilē appellat. Dein athenis unde omnium doctrinarum fluenta antiquitus hauriebantur: ebibit muſarum crateras multiiugas: poeticæ commēticiam: Geometriæ lympidam: muſicæ dulcem: Dialecticæ auſterulam: uniuerſæ uero philoſophiæ nectaream: Nouēq; muſas: hoc eſt nouem diſciplinas ingenuas magno ſtudio nec caſſo ſudore percoluit: Mox Romæ ſtudiorum latinorum cultor aſſiduus & uigilax ad id facundiæ Romanæ faſtigium peruenit. ut eloquentiſſimus doctiſſimuſq; iuxta conſpiceretur: poſſetq; meritiſſimo polychiſtor hoc eſt multiſcius nuncupari: ibiq; ſacris Oſiridis initiatus in numerum poſtophorum: quod ſacroſancti collegii nomen: cooptatus patrocinia forenſia ex dei præcepto libens obibat. Hic nō minus eloquio pollens q̄ eruditione præpollens negocium agens poſteritatis non parum multa uolumina condidit. quæ partim incuria temporum intercepta deſiderantur: partim ad poſteros tranſmiſſa affatim declarant quantum uir ille ingenio doctrinaq; præſtiterit: quantumq; inter barbaras atq; incultas nationes uirtus elucеſcat: ſic & olim apud ſocordiſſimos ſcythas anacharſis ſapiens natus: ex Apuleianis monumentis cum alia compluſcula. tum de conuiualibus q̄ſtionibus de piſcibus. De genitu animaliū. & epigramata. & hermagoras deſiderantur: ex his uero quæ hoc tempore extant. Circunferuntur libelli quattuor Floridorum. In quibus Florida facundia: & odorata eruditio lectorem mirum in modum oblectat tenet amenat: Vbi ueluti ſaltuatim uarietas rerum contexta conuiſitur. Oratorias omnis uirtutes complectitur copioſiſſima & diſertiſſima oratio: qua crimen magiæ ab aduerſariis obiectum a ſe aliēnū eſſe defendit tantis eloquētie doctrinæq; uiribus. ut ſemet ipſum uiciſſe uideatur: Liber eſt unus de deo ſiue demonio Socratis inſcriptus. cuius teſtimonium identidem citat Diuus Auguſtinus in definitiōe demonum: & deſcriptione hominum. De Dogmate Platonis libri duo: Vbi quæ a Platone pluribus uoluminibus diſperſim lateq; explicātur. ſtrictim & in arctum collecta miro breuiloquio perſcribuntur: De coſmographia unus. non pauca continens ex meteoris Ariſtotelicis: Dialogus triſmegiſti ab eodem latinitate donatus. Ita ut non tam eleganter atticiſſare: q̄ latialiter diſertare uideatur. Comprimis uero uolumina. xi. de Aſino aureo. tanto lepore tanta elegantia: tanta florulentæ narrationis uarietate condita ſunt. Vt nihil lepidius floridius. amabilius eē quicquā poſſet: adeo ut merito Aſinus aureus ob ſtilū bracteatū & nitidiſſimam pulchritudinem inſcribatur. quid enim pulchrius hoc Aſino uere aureo. uere bracteato? Quāquā non pauci ſunt. qui metamorphoſin hoc eſt tranſfigurationem: ſiue tranſformationē: ex rei argumento malint appellitare: Cæterum cum nitor huiuſce Aſini pleriſq; omnibus non aureus ac fulgens: Sed tenebricoſus ac pallens uideatur: exiſtimaui me facturum operæpretiū conſulturumq; pro uirili parte ſtudioſis apuleianæ eruditionis: Si cōmentarios excudiſſem ea incude eaq; officina tornatos. ex qua commentarii in propertium: In Suetonium tranquillū ſormati in publicum iam pridem prodierunt: Ex qua annotationes. orationes. poematia. Ex qua innumera opuſcula fluxere: Itaq; non minus libenter q̄ diligenter ſuſcepi hanc commentandi pronunciam: ut meo labore aſpredines ſalebrarum ſiquæ ſunt in aſino Apuleiano leuigarentur: omniſq; nocturna caligo immiſſa luce diſcuteretur: Spero hæc noſtra qualiacunq; ſunt annotamenta minime futura ingrata minimeq; pœnitenda candidatis doctrinæ politioris. tibiq; potiſſimum: qui ſemper ſititor cupitorq; extitiſti Apuleiani leporis atq; facundiæ. qui libellos meos in cœlū fers qui noſtros etiam neuos amare conſueuiſti. hiſce autem commentariis de induſtria habenas modo laxiores dedi modo datas preſſi. prout res locus. tempeſtiuitas. exigere uidebantur. Interdum ex inſtituto prope peculiari. floſculos ex doctrinarum prato decerptos decenter intexui. & more pictorum parerga frequenter adieci. quibus laſſeſcens lector reficeretur: & ſane id genus additamenta. niſi amor inſtituti operis me fallit. non minus languidum ingenium refouent q̄ ſtomachum nauſeātem ſub amara & ſubauſtera eſculentioribus obſoniis immixta reficiunt.

Pudētilla Vxor Apuleii.

Multiſcius Apul.

Opera apuleii.

Floridi. De Deo Socratis. Dogmate. Platonis. Coſmographia. aſinus. aureus.

Opa Philippi beroaldi.

Parerga.

Scriptoris intentio atq; conſilium.

Scriptoris. Cōſiliū. Spectādū.

In exponendis auctoribus id quoq; ſpectari queriq; ſolet: quæ fuerit ſcribentis intentio conſilium: Ego Apuleium quidem noſtrum confirmo Lucianum græcū ſcriptorem argumento conſimili immitari. Verum ſub hoc tranſmutationis inuolucro, naturā mortalium & mores humanos quaſi tranſeunter deſignare uoluiſſe, ut admoneremur ex hominibus Aſinos fieri: quando uoluptatibus belluinis immerſi Aſinali ſtoliditate bruteſcimus, nec ulla rationis uirtutiſq; ſcintilla in nobis eluceſcit: ſic enim homo ut docet origenes in libris periarchon, fit equus & mullus, ſic tranſmutat humanum corpus in corpora pecunia: Rurſus ex Aſino in hominem reformatio ſignificat calcatis uoluptatibus exutiſq; corporalibus deliciis rationē reſipiſcere: & hoiem interiorē, qui uerus eſt homo ergaſtulo illo cenoſo, ad lucidū habitaculū, Virtute & religione ducibus remigraſſe: Ita ut dicere poſſimus iuuenes illicio uoluptatum poſſeſſos, in Aſinos tranſmutari, mox ſeneſcentes, oculo mētis uigente, matureſcentibuſq; uirtutibus exuta bruti effigie humanam reſumere. Scribit enī Plato in ſympoſio q tunc mentis oculus acute incipit cernere cum primum corporis oculus defloreſcit. Quin etiam proclus nobilis Platonicus monet multos eſſe in uita lupos multos porcos: plurimos alia quadam bruti ſpecie circunfuſos. Quod minime mirari nos oportet cum terrenus locus circes ipſius ſit diuerſorium: cum animæ aut unguentis delibutæ, aut pharmacis epotis inebriatæ tranſfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem ſunt obliuio error, inſcitia: Quibus anima conſopita bruteſcit, donec guſtatis roſis hoc eſt ſcientia, quæ mentis illuſtratio eſt, cuiuſq; odor ſuauiſſimus, auide hauſta in humanam formam hoc eſt rationalem intelligentiam reuertatur exuto aſinali corio, ideſt depoſito inſcitiæ & rerum terrenarum craſſiore uelamento. & ſane reperiūtur animæ q pauciſſimæ: quæ corporeis pedicis ſolute, & brutalibus uoluptatibus irretitæ, exiſtāt ſobriæ puræ impertubatæ nulla in Aſinum aliaſq; brutas animantes facta transfiguratione. Poteſt & metamorphoſeos cauſa referri ad multiiugos humanæ uitæ labores multiformeſq; uarietates: quibus homo pene quotidie traſmutatur, illa uero eruditioribus principalis huiuſce tranſmutationis cauſa ualdeq; probabilis uideri poteſt. Et uidelicet ſub hoc myſtico prætextu noſter pythagoricæ platonicæq; philoſophiæ conſultiſſimus dogmata utriuſq; doctoris oſtenderet & ſub hac ludicra narratione palingeneſiam atq; metempſychoſim ideſt regenerationem tranſmutationemq; diſſimulanter aſſereret. Et ut ſimul quanta eloquentia latiali homo afer quanta elegantia. Quanta rerum uerborumq; copia præditus eſſet, euidenter edoceret; Cæterum cum iſtæ præfationes libentius nos ad lectionem præpoſitæ materiæ perducant eiuſq; euidentiorem præſtent intellectum, ſingulis libris ypocheſim ſiue argumentum ſubiungam ſummatim breuiterq; conſcriptum: ut quid in quoq; uolumine contineatur, ſtatim lector intelligat.

Ex hoīe. Aſinus quid.

Plato in ſympoſio.

Sentētia procli notabilis.

Palingeneſia. Metempſichoſis

Hypotheſis ſiue argumentum primi libri.

Lucius Apuleius magiæ noſcendæ cupiens theſſaliam petit, ubi artes magicæ pollebant in itinere duobus uiatoribus ſe tertium comitem adiungit, narrantur intereundum mira quædā & incredunda de circulatore: De meroe & panthia Lamiis ac ſagis, mox acceſſus Lucii ad hypatam ciuitatem hoſpitiumq; milonis & hoſpes ipſe deſcribitur. Fuit opinor operæ pretium hæc carptim de guſtaſſe ne illotis ut aiunt pedibus lector ingrederetur, & ut tirocinium ſcholaſticorum commodius inſtrueretur, libuit aliquantum euagari & quodam quaſi thema futuræ interpretationis antelogo iſto præmittere, ſed iam tempus eſt, ut cum cōmentariis noſtris Apuleium curioſius inſpicias: quē in uita philoſophum in ſcriptis amatorem res ipſa demonſtrat & teſtatur auſonius.

τοῦ πατ/ τος.

AT ego ſermone. Luſurus Aſinũ Aureũ exordit̃ ab epigrãmate iãbico bimẽbri quo fau
ſtinũ filiũ ſiue lectorẽ alloquẽs inſtar poetaꝶ ſummatim ꝓponit qd ſit toto in opere
ediſſertaturus. Docilitas aũt captat̃: & attentio colligit̃. At particula. Interdũ inceptiua — At.
eſt: Adornatũ pertinẽs ut docet ſeruius in nono cõmẽtario. Ait donatus pricipiũ eſſe
icrepationi aptũ. Vt Virgilius. At tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis: Cõſimile
illud oratianũ. At o deoꝶ quicqd in celo regis. SERmone mileſio.i. fabuloſo lepi/
do iocoſo. delicato. ludicro hoc.n.

AT ego tibi ſermone iſto mi/
leſio uarias fabulas con/
ſeram: aureſque tuas be/
niuolas: lepido ſuſurro per
mulceam modo ſi papy/
rum egyptiam: argucia ni/
lotici calami inſcriptam: nõ
ſpreueris inſpicere: figu/
ras fortunaſque hominum

ſignificat ſermo mileſius. a mile/
ſioꝶ ioniæ populis dictus: q deli/
ciis luxuq́; notabiles fuere quoꝶ
eſt illud memoratiſſimũ: Nemo
noſtrũ frugi eſto. alioq cũ aliis eii/
ciat̃: hic mileſias priſci appellaue/
rũt poemata & fabulas laſciuien/
tes ſiue ut qdã putãt mileſiæ dicũ — Mileſiæ
tur fabulæ aniles & uanidicæ.i. q/ — fabulæ.
bus nec pes nec caput appareat.
nec iſtar apologoꝶ epimythiõ ul
lũ morale cõtinentes. Iulius capi/
tolinus in Clodio albino ſic ait.
Agri colẽdi pitiſſimus ita ut etiã Georgica cõſcripſerit. mileſias nõnulli eiuſdẽ eſſe dicunt: quaꝶ fa/
ma nõ ignobilis habet̃: q̃uis mediocriter ſcriptæ ſint. Extat epiſtola ſeueri iperatoris ad ſenatũ miſ/
ſa: in qua id qđ ad hanc rẽ maxime ptinet ſcriptũ legimus: ſic eni ait: Maior fuit dolor qđ illum pro
litterato laudandũ pleriq́; duxiſtis: cũ ille neniis qbuſdam anilibus occupatus iter mileſias punicas
Apuleii ſui: & ludicra litteraria cõſeneſceret: ex his ſeueri uerbis apparet mileſias Apuleii ſignificari
fabellas huiuſce Aſini aurei: quas ipſemet ſermone mileſio contextas & cõditas eſſe ſignificat. Mar/
tianus quoq; capella in libro de nuptiis philologiæ inqt diuerſitatis delitias mileſias: Ariſtides poeta — Ariſtides
græcus cõpoſuit mileſias. hoc eſt poema mileſiacon perq̃ impudicũ: cuius rei Plutarchus & appia/ — ſcriptor.
nus meminerunt: qđ & Ouidius libro triſtiũ ſecundo apte docet ſic ſcribẽs: iunxit Ariſtides mileſia — Mileſiaꝶ
carmina ſecũ: pulſus Ariſtides. nec tamẽ urbe ſua eſt. Emaculãdus eſt hoc loco maculoſus diui Hie/ — Emacula
ronymi codex. Vbi de mileſiis hiſce fit mẽtio: & in ſincerã lectionem reſtituẽdus: Namq; in libris cõ — tus locus
tra Ruffinũ ſic paſſim legitur: quaſi non curatoꝶ turba mileſioꝶ. In ſcholis figmenta decantẽt. Vbi — hierony/
non curatoꝶ ſed cirratoꝶ legendũ eſt: hoc eſt comatuloꝶ pueroꝶ. Iuxta illud uulgatiſſimũ. ten cir/ — mi.
ratoꝶ centũ dictata fuiſſe pro nihilo pendas: ꝑterea mileſiaꝶ lego non mileſioꝶ: quoniã ut iã docui/
mus fœminino genere mileſias dicere maluerũt q̃ neutro mileſia: niſi qs tutari uelit mileſia neutra/
liter dici poſſe. ut georgica. argonautica. & alia conſimilia. LEPIdo ſuſurro. Elegãti quadã ſer/
mocinatione: Cuius ſonus ueluti ſuſurrus blandus & ſuauis aures permulceat. Põt & ob hoc uideri
uſus hac dictione ſuſurro. ut oſtẽdat hæc nõ eſſe in uulganda neq; ꝓphanis palã nũcianda. ſed clam
apud aures religioſas ꝓmendis: inſtar myſterioꝶ: quæ in ſanctuariis & ut græci dicũt εποπτοισ
habent̃. Lepidus dicit̃ qui politus eſt auctore donato. ut λεπισ.i. lamina Plinius lepidas uocari tra/ — Lepidus.
dit ſquamas æris minutiſſimas. Vnde & lepidotes gẽma dicta: quæ ſquamas piſciũ imitat̃. PAPY — Lepido/
rum ægyptiã. Chartã papyraceam: eſt eñ papyꝶ ſiue papyrus utroq; eni modo dr̃: frutex naſcens in — tes.
paluſtribus ægypti: aut qeſcentibus nili aquis. Vnde niliacas papyros appellauit epigrãmatarius poe — Papyꝶ
ta: brachiali craſſitudine. decẽ cubitoꝶ longitudine. in gracilitatem faſtigiat̃. ex libro papyri texũt ue
ſtẽ & ſtragula. hinc illud ſatyrographi: ſuccinctus patria quondã criſpine papyro. ex hoc fiũt chartæ — Veſtis pa
multiplices. Plinius in. xiii. quomodo fiãt papyraceæ chartæ luculẽter ut oĩa ſolet. enarrat. a quo cõ — pyracea.
mendat̃ auguſta charta: cui principatus fuit in epiſtolis ob tenuitatẽ: Quæ antiquitus appellata eſt
hieratica quaſi ſacrata. religioſis tantũ uoluminibus dicata: Emporetica dicit̃ charta quaſi mercato/ — Empore
ria inutilis in ſcribẽdo: ſed inuolucris uſum præbet in mercibus: iter pricipales chartas fuere fania/ — tica char/
na. Liuiana. & ꝑlata oĩbus claudiana: in chartis ſpectant̃ tenuitas. dẽſitas. Candor. Leuor. Sacerdotes — ta.
ægyptii calceos papyraceos geſtant: nec alia calciamẽta eis induere fas eſt. Auctor herodotus. Chartis
legatis papyꝶ ad chartas paratũ non cõtinet̃. Vt docet Vlpianus uolumine. iii. de legatis. ARGV
tia. lepore. & feſtiuitate. & ſalibus ægyptiis: illi enĩ nequiſſimi molliſſimiq; fuerũt. ex quo ẽ illud. Ni/
liacis primũ puer hic naſcat̃ in oris. Neqcias tellus ſit dare nulla magis. idẽ aliubi ſales Niliacos me/ — Alexan/
morat: ſcribit flauius uopiſcus ægyptios eſſe uerſificatores epigrãmatarios: & ad cãtilenas publicas — drinæ de
ꝓpenſos. Quitilianus delitias alexãdrinas ut oĩum molliſſimas nominatim taxat. NILOtici cala — liciæ.
mi. Calamos ægyptios ad ſcribendũ idoneos maxime ꝓbãt: qui ut ait Plinius in. xvi. ſeruiũt char/ — Calami
tis cognatione quadã papyri ꝓbatiores tamen gnidii exiſtimant̃: Sagittis autem nullus aptior cala/ — Bononiẽ
mus eſt q̃ qui naſcitur in Rhenio Bononiẽſi Amne: Cui plurima eſt medulla: De calamis niloticis ait — ſes ad ſa/
epigrãmatiſta: Dat chartis habiles calamos memphytica tellus: texantur reliqua tecta palude tibi. — gittas.

Verſipellis in maledictis. Veneno magico factus. Caballus

IN ALIAS imagines conuerſas. An homines in alias imagines, ut luporum & Aſinorum uerti poſſint magna inter eruditos & ſubtilis quæſtio eſt: Vulgo enim in tantum infixa eſt fama hæc, ut in maledictis habeant uerſipelles. Ex quo eſt illud plautinū. Verſipellem ſe ſe facit quando lubet: Plinius græce uanitatis hæc eſſe mendacia figmentaq; Aſſerit. Diuus quoq; Auguſtinus autumar hæc eſſe fabuloſa & demonū ludificationes. Quidam nomine præſtantius olim denarrauit patri ſuo cōtigiſſe, ut Veneno magico in caſeo ſumpto fieret caballus annonamq; inter alia iumenta militibus baiularet. IN SE rurſum refectas. hoc ideo dicit: quia ex homine aſinus factus ē: mox ex Aſino in priſtinū hoiem reformatus refectuſq;. MVTVO nexu. Per quaſdam quaſi uiciſſitudines, ut ſcilicet uiciſſatim ex homine Aſinus, ex Aſino homo fieret mutua quadā cōuerſione eadē ſubſiſtente materia.

ĩ alias imagĩes cōuerſas: & ĩ ſe rurſū mutuo nexu refectas: ut mireris exordior. Q uis ille paucis accipe. Hymetos Attica: & Iſthmos Ephiræa: & Tenaros ſptiaca glebæ fœlices: eternū libris felicioribꝫ: creditæ: mea uetus pſapia ē. Ibi ĩq̄ ĩ Atthide: primis puericiæ ſtipēdiis

QVIS ille. extrinſecus ſubītelligendū ſit, qui in alias imagines cōuerſus & in ſe rurſum refectus fuerit: ſignificatur aūt ipſemet Apuleius. HYMEtos Attica. Poſt anteloquium epigrāmatis ingredit narrationē proſa oratione Docens ſe magis græco q̄ latino ſermone linguā excoluiſſe. Loca græciæ famigerata pcenſet perinde ac ueterē proſapiā, tanq̄ natus ſit in aphrica ſed oriundus fuerit ex græcia. hymetus mōs eſt in attica Inclytus marmore & melle. L. craſſus orator colūnas habuit hymetias ſex duodenū pedū longitudine: Mel hymetium: quod & atticū appellat primatū obtinet bonitatis: Vnde Plinius & Galenus mel atticū cūprimis probant in medicamētis. Strabo quoq; libro nono mel hymetiū reliquis anteponens id ait eſſe probatiſſimū quod acapniſtū uocant quaſi nullo fumo infectū, quo & apes & mella inficiūtur. Ideoq; ait Plinius noſter id mel ſeruari: qđ acapnon uocant quaſi dicas ſine fumo. Solinus de hymeto ſcribit hæc: hymeto meritiſſimo tribuit principatus: q apprime florulentus eximio mellis ſapore & externos oēs & ſuos uicit. ISTHmos ephyræa. Anguſtiæ peloponeſſi inter duo maria egeū & ionium cœrcitæ Iſthmos appellant, in medio Iſthmo corinthus eſt: quā Cicero totius græciæ lumen appellat. Antea ephyre dicta, ex quo poeta æra dixit ephyrea intelligi uolens corinthia. Iſthmos ludis quinquennalibus & delubro neptuni inclytus perhibetur: quos ludos auctore ſolino ea propter inſtitutos ferunt: Quod maria quinq; allatrant orā peloponenſem. Pinea corona uictores apud Iſthmū coronabantur, ut refert Plinius li. xv. Plutarchus tradit iſthmia a Theſeo primitus inſtituta fuiſſe. In honorē neptuni Herculis emulatione: qui Ioui olympia primus inſtituit: alii iſthmia in honorem palæmonis inſtituta fuiſſe dicunt ut Archias poeta: cuius extat nobile epigrāma græcū inclyta græcoꝝ certamina complexū. Athenięſes ad ſpectaculū iſthmioꝝ accedētes, ſedendo cæteris ſpectatoribus pferebantur: de iſthmo quē perfodere tētauerūt dictator Cæſar. C. Caligula: Nero. & demetrius ſcripſimus affatim in trāquilli cōmētariis. TENAros ſpartiaca. In laconia pmontoriū eſt tenaros & oppidū: eſt & ſpiraculū eodē noīe ex quo deſcēſus ad iſeros patet: eſt in ipſo tenaro tēplū neptuno dicatū: Pōponius mela. Et ſolinus auctores: dr ſpartiaca a ſpartha ciuitate: q lacōiæ metropolis eſt. Cōdita a ſparthe filia phoronei, ut docet euſebius chronographus: unde ſparthani ſiue ſpartiatæ qui alio noīe lacedæmōii celebratiſſimi fuit aūt ſpartha priſcis tēporibus ut græci dicunt πολισ ετ τειχισ τοσ. i. ciuitas ſine muris tanq̄ uera urbis ſepimēta eēnt armati uiri nō ſaxa cōſtructa. Vnde olim iterrogatus Ageſilaus. Quāobrem ſpartha eēt ſine muris oſtēdens ciues armatos dixit ταυτα εσ τιρ λακεδαιμονιορ τειχη qđ latine dicitur. hi ſunt lacedæmonioꝝ muri. Lacones & loquēdo & ſcribendo amatores fuerunt breuitatis prope peculiariter: Vnde & Laconiſmos breuiloquiū ſignificat, de quo Cicero in epiſtolis laconiſmo tuo non utar: & a ſymmacho itidē in epiſtolis dictū eſt memini breuitatē ſparthanā quondā laudi fuiſſe: annotanda hoc loco eſt eloquutio Apuleiana, a quo genere fœminino iſthmos tenaros & himetos enunciantur. Cū cæteri fere maſculino genere uſurpauerint: ſed uidet. L. noſter nō tam locos q̄ urbes ibidē conditas ſignare uoluiſſe. GLEbæ fœlices. Senſus eſt hæc loca pdicta ubere glebæ & fecunditate ſegetū fœlicia creduntur: quoniā ita libris ſcriptoꝝ proditū eſt. Qui haud dubie fœliciores ſunt utpote ipſi æterni: & æternitatē donantes his de quibus ſermocinantur. Glebæ autē patrius eſt caſus qui uulgo dicitur genitiuus: ſic enim loquimur latine & eleganter. fœlix æui. Silius fœlix heu nemorum: & uitæ laudandus opacæ. PROſapia. Generis origo & familiæ dicta a proſerpendo. Alio nomine pro ſapiens nominatur. Dictio eſt uetus: & ut ait Quintilianus ab ultimis: & iam oblitteratis repetita temporibus. IN atthide. Athenas ſignificat. atthis enim eſt athica regio: cui cranai filia nomine athis nomē dedit. Quod & Iuſtinus refert: de qua Strabo libro geographie. ix. ſic refert. ab actione acticam dicunt. Atthidem uero & atticam ab atthide Cranai filia: a quo & inquilini Cranai uocantur: ipſa autem ciuitas athenarum nomen ſortita eſt a dea Minerua, quā græci αφηνη hoc eſt athenam uocant. PVEritiæ ſtipendiis. Signat ſe prima græcarum litteraꝝ elementa athenis didiciſſe: quæ ciuitas domicilium fuit & ueluti officina ingenuarum diſciplinaꝝ.

Mel hymetium. Acapniſtum. Acapnō mel. Iſthmos. Iſthmia corona. pinea. Spartha ſine muris. Laconiſmos. Proſapia.

MEruiꝭ Militauiꝭ militia autem puerorū militariaq; ſtipendia ſunt in gymnaſio litteratorio: mere re enim ſignificat militare: Varro equo publico merent: & apud Suetonium in Iulio Cæſare ſcriptū ē meruit & ſub ſeruilio iſaurico in cilicia: merere interdum pro mereri uſurpatur: ut apud Plautū: & ſi aliter meres promereris: eſt etiam merere ſordidiſſimum quæſtum capere: hinc mercenarii & me retrices dicunt: Aulus Gellius: Lais inquit Corinthia ob elegantiam uenuſtatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. IN urbe latiaꝭ Romam ſignificatꝭ non ſolum latii ſed & cunctarum terrarū caput: quæ communis patria au/ ctore Seneca dici poteſt. STV/ diorum quiritiūꝭ Studia Romāe linguæ ſeſe didiciſſe in ipſa urbe Roma ſignificat: quirites autem Romanos dici nemo eſt qui ne/ ſciat: idigenam ſermonem appel/ lat uernaculum & peculiarē Ro/ manorū: qui ſermo latinus eſt: Latinitas enim ut inquit Diomedes grammaticus eſt icorrupta loquē di obſeruatio ſecundū Romanā linguā: oēs antiquitus tā docti q̄ indocti: tā fœminæ q̄ uiri: tā pueri q̄ Senes apud Romanos latine loquæbant: nec tamē grāmatice: Aliud enim eſt latine aliud grāmatice loquitur docet Quītilianus in prīo: qui libro xii prodidit fuiſſe quoſdā: qui illā tantū eē naturalē pu tarent eloquentiā: quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima: qua cum amicis: cōiugibus: ſeruis loq̄mur nihil accerſiti elaboratiq; requirentes: itē M. Tullius ait in bruto populū eloquentiæ & oratoris iudi cē eē: qui in tertio de oratore tradidit uulgū in uerſu uidere ſi peccatū eſt: & ſi qd in oratiōe claudicat ſentire. Quod profecto facere nō poſſet inſcius latinitatis. itē nemo inquit unquā eſt oratorē quod la tine loquæretꝭ admiratus: ſi eſt aliter irrident: neq; eū oratorē tantūmodo ſed hominē nō putāt: hoc haud dubie nō diceret ſi latine loqui fuiſſet in paucis. ſicut in præſentia eſt: idē refert mulieres conſer uare facilius incorruptā antiquitatē: Quod multorū ſermonis expertes ea tenent ſemper: quæ prima didicerūt. Ex quo L. Craſſus orator ſocrū ſuā leliā ſic audire ſe ſolitū teſtat: ut Plautū ſibi aut Neuiū audire uideret: quæ res euidētiſſime oēm dubitationē eliminat: ne dubitemus priſcos omnis latine loqui ſolitos indiſcriminatim. Quod eo copioſus rettuli: quia ſuper hac re altercatio nō modica fuit temporibus noſtris inter uiros eruditos: idigena autē ut ad propoſitū reuertamur opponit aduenæ & ſignificat inde genitū: nō alienigenā nō aduētitiū ſed uernaculū ꝓpriū & q̄ſi peculiarē. ERVM nali labore. Difficili molesto erumnæ enim labores oneroſos ſignificant: Maiores noſtri ut auctor ē M. Tullius in ſecundo de finibus labores nō fugiendos erumnas nominauerūt. Vnde labores Her culis erumnæ dicitur: Plautus ī perſa ſuperauit erumnis ſuis erūnas Herculis. Auſonius prima Cleo nei tolerata erumna laboris: idē M. Tullius in quarta Tuſculana erumna īquit eſt ægritudo laborio ſa: erumnulas ὑποκοριστικῶς furculas appellauerunt: quibus reliquatas ſarcinas uiatores gerebāt: quarum uſum quia C. Marius rettulit muli mariani poſtea appellabantur. Operæ precium eſt hoc in loco obiter Annotare ſuper mulis Marianis quædam digna cognitu nec indigna relatu. quæ apud Frontinum legimus. Qui libro quarto ſtrategematicon ſcribit hæc. C. Marius recidendorum impe dimētorum gratia: quibus maxime exercitus agmen oneratur uaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet: Vnde & in prouerbium tra/ ctum eſt. Muli mariani: Aliam huiuſce ꝓuerbii cauſam refert Plutarchus in mario. qui id quoq; me morat. q ſcilicet Marius imperator eadem ferebat obibatq; onera in re militari: quæcunq; militibus imperabat: quare poſt hæc cum labores & iuſſa imperatoris milites libenter ſubirent. muli mariani uocabantur. uulgus hodieq; hinc ut opinor ducta origine caballos marianos appellat homines: qui pedibus ſuis ambulantes ſe in equo ſedere & uehi mentiuntur in ludicro ſpectaculo. NVLLO ma giſtro præeunte. ſine doctore inſinuat ſe dedicisse perinde ac fuerit αὐτοδίδακτος ſic enim græco uocabulo dicitur: qui ſe ipſum magiſtrum habet. Talis fuit antiquitus manilius ſenator Romanus. quem Plinius maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuiſſe prodidit. Diuus quoq; Auguſtinus libro confeſſionum quarto gloriatur per ſemetipſum ſolum citra doctorem legiſſe libros artium li/ beralium & intellexiſſe: Ariſtotelica quoq; prædicamenta inquit quas appellant cathegorias ſolus le gi & intellexi: fuit & ſyllanion ſtatuarius nullo doctore nobilis. EXOtici ſermonis. Exoticum ſer/ monē appellat romanam linguam ueluti alienigenam ac inſitiam ſibiq; merito peregrinam. cum ip ſe natiōe afer atticiſſare didiciſſet: & in patria ſtridulam barbariam puerilibus labris deguſtaſſet: ex oticus enim ſignificat peregrinum & externum: Vocabulo quidem græco ſed apud latinos uſitatiſſi mo: hinc apud Plinium & Plautum unguenta exotica apud gellium uinum exoticum pro alienige/ na & peregrino. FORENſis. Vel romani: quo oratores utuntur in foro: Vnde & forenſis eloquen tia & forenſes apud ſidonium rabulæ & forēſes apud Ciceronem litteræ quibus utimur in foro. uel externi ab hoc aduerbio foris deriuatur. omnino romanus ſermo ſignificatur: apud Liuium foren/ ſis factio & turba accipitur pro humili ſordida in ſincera quam fabius excretam ab ītegro populo in quattuor tribus conuertit urbanaſq; eas appellauit.

meruiꝭ Mox ī urbe latia aduena: ſtudiorū qritiū īdige nā ſermonē erūnali labore: nullo magiſtro præeūte: aggreſſus excolui. En ecce preſamur ueniā: ſi qd exotici ac forēſi ſermōis rudis locutor offendero. Iā hæc qdē

Merere militare.

Indigena ſermo ro manorū

Latine omnes Loquæ/ bantur.

Incorru/ pta latini ras in fœ minis.

Indignea

Erūnæ. Erūnule

Muli ma riani.

Qui no/ biles ſine ꝓceptore

Exoti/ cus.

Forenſis ſermo.

IPSA immutatio. Tanquam nūc primum latine cœperit ſcriptitare.cum prius eloquio græco ute
Deſulto/ria ſcien/tia.
retur. hinc in deo ſocratis ait ſatis oratio noſtra atticiſſauerit. DE ſultorie ſcientiæ. Decenti quadā
tranſlatione deſultoriam ſcientiam appellat Ludicram uoluptariamq; ueluti deſiliētem a ſtudio pri/
ſtino ſeueriore:ſecuti deſultorii equi uocantur ex quibus homines agilitate corporis præditi repēte
Deſultorii equi.
deſiliebant:De quibus lege quæ annotauimus in primo Suetonii cōmētario.illud enarrātes: equos
deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Relege illa quoq;:q̄ ſcripſimus in quarto propertii cō/
mentario ſuper eo uerſu. traiicit
alterno qui leue pōdus equo: ubi
docuimus deſultorem deſignari
qui equos deſultorios alit & exer/
cet:illa tranſili pernicieq; ſaltatiōe.
Marcianus quoq; eadē pene trāſ/
latione uſus qua & Apuleius de/
center īquit leuitate pernix deſul/
toria geſtiebat:illud adde quod a
caſſiodoro tradit equos deſulto/

ipſa uocis īmutatio:deſultoriæ ſciæ ſtilo:quē acceſſi/
mus:rīdet. Fabulā græcanicā īcipimus. lector ītēde:læ
taberis Theſſaliā:nā & illic origis mr̄næ nr̄æ fūdamēta
a plutarcho illo īclyto:ac mox Sexto philoſopho nepo
te eius prodita:gloriā nobis faciūt.eā theſſaliā ex ne/
gotio petebā. poſtq̄ ardua mōtiū: & lubrica uallium:

rios repertos eē p quos circēſiū miniſtri miſſos denunciāt exituros:erit ergo hic ſenſus.ut deſultores
ex equo in equū ſic ego ex græca lingua & ſcientia in romanam deſilio:pōt & dici conducenter ſcien/
tia deſultoria hiſtoria de aſino in qua ex homine in aſinū deſilit.& uertit uidelicet ī mores belluinos
propenſior:mox ab aſino in hominē reformat:cū relictis uoluptatū pedicis duce ratione emergit in
uiā uirtutis:& hominē ſe ſe uere præſtat. Verus autē homo eſt aius:apud ſcriptores qui trāſfigurant
Prouer/bium. ab aſino Cadere.
in belluas ad hunc intellectū referri poſſunt.prouerbiū illud ab aſino cadere:Quod quidā huic loco
agglutinare contendunt:mihi haud quaq̄ cōuenire uidetur.cuius meminit ariſtophanes in nubibus
& rettulit Plato in gryllo:qui & in tertio de legibus ſic tradit.cur hæc nobis dicta ſunt. repetēdū uide/
tur.ut oratio quaſi equus retrahat:ne ſi os effrenatū habeat.dicendi concita impetu:ab aſino ut pro/
uerbio ferunt excutiat. FAbulā græcanicā. Ideo græcanicā appellat quia ad exemplar Luciani græ
ci ſcriptoris condita ē.ex quo aſinū aureū pene tranſcribit uel quia in theſſalia regione græca hæc res
Græcanicus.
geſta eſt.differt ār græcanicus a græco:nā ut docet M. Varro libro ſexto de analogia græcanica aduē/
ticia ſunt de græcis ueluti notha ut Hectores:Neſtores:Hectoras.& ita hæc fabula ex græco Luciano
Theſſalia argo pelaſgicon.
deducta deriuataq; eſt. THESſaliā. Fabulā Aſini aurei auſpicat ab eo principio a quo exortus ē Lu
cianus:cuius initiū eſt hoc.ἐμελλόν ποτε εἰς θετταλίαν idest olim in theſſaliā proficiſcebar. Theſſalia
autem priſco ſæculo pyrrhea & pyrrha deucalionis uxore denominabat. mox hemonia ab hemone
a cuius filio theſſalo theſſalia uocata eſt.homerus argopelaſgicon appellat. NAM & illic. Hoc p in/
Plutarchus cheronenſis
terpoſitionem:quæ græco uocabulo parēthesis:dictum eſt. ORIginis maternæ. Annotauimus in
uita Apuleii matrem eius ſaluiam.a plutarchi familia prognatam:fuit autem Plutarchus cheronen/
ſis:quæ ciuitas eſt Boetiæ:quod & ipſe teſtatur in ſylla ſcribens patriam ſuam cheroneā.ab archelai
impetu incolumen euaſiſſe prouidentia ſyllæ:qui eo in loco uictoriam ex hoſtibus uictis adeptus ē:
idem in lucullo.ait cheronenſes municipes ſuos luculli teſtimonio euaſiſſe periculum: quod orcho/
menii per calumnias intentabant.ex quo ſtatuam Lapideam in foro cheroneæ publica impenſa lu/
cullo dicauerunt.& ob id beneficium non ſolum confitetur ſed etiam palam profitetur ſe plurimam
gratiam debere Romano lucullo:idem ī demoſthene refert quemadmodum apud cheroneam pa/
triam ſuā Philippus macedoniæ rex prælio magnō athenienſes.uicit:finiſq; libertati græcorum im/
poſitus eſt.ex quo prælio demoſthenes qui alios ad pugnam animare ſolebat.ſalutem fuga quæſiuit
cūq; id ei q̄ fugerat.probroſe obiiceretur.uerſu illo notiſſimo eluſit ἀνὴρ inquit ὁ φεύγων καὶ πάλ
Scitum demoſthenis.
ιν μαχέσεται idest uir fugiens & denuo pugnabit:floruit autem Plutarchus ſub Traiano & Hadria
no imperatoribus:Traiano libros apophthegmaton dedicat uir haud dubie primæ notæ inter eru/
ditos:& multiiuga eruditione mirabilis.fecūdus ſane ſcriptor.& qui iure polygraphotatos nomina/
ri poſſit a copia uoluminum:Vnde nunc non immerito gloriatur Apuleius maternam originem a
Plutarcho deriuatam.ſibi gloriam parere. SEXto philoſopho. Hic ſextus philoſophus doctor fuit
Marci Antonini imperatoris de quo Iulius capitolinus:audiuit & ſextum philoſophū cheronenſem
Polygraphotatos Plutarchus.
Plutarchi nepotem.& ab Euſebio in chronicis ſcriptum eſt Plutarcus cherōeus & ſextus philoſophi
inſignes habentur adriani principatu. EX negocio petebam. Imitatus eſt Lucianum qui ait ſe theſ/
ſaliam petiiſſe ob negocium quodam paternum cum homine theſſalico. POSTquam ardua mon
Sextus philoſophus.
tium. Exornatio rethorica eſt:quæ compar appellatur.& altera ſimiliter cadens.in his autem figuris
feliciſſime audax ad noſter Apuleius:& quis affectatiōe nihil odioſius ſit:tamen talis affectatio ī hoc
pene peculiariter eſt amabilis imitabiliſq;.ardua aūr montiū dixit:arduos montes intelligi uolens: ſi
Cōpar. Lubricus.
cuti per lubrica uallium lubricas ualles.& roſcida ceſpitum roſcidos ceſpites:& gleboſa camporum.
gleboſos campos:ſic Virgilius urbē pataui circūlocutiōe uſus pro patauio:fontē timaui. p ipſo tima/
uo.dixit. LVbrica uallium. Lubricus locus dicitur in quo facile labimur:lubrica res:q̄ labilis eſt &
e manu elabitur Vixq; cōtineri poteſt ob leuorē.a Virgilio lubricus anguis.& loca lubrica dicuntur.

ROſcida ceſpitum. Roſcidus ſignificat rorulentum & rore cõſperſum. a Virgilio Luna roſcida eleganter ſcienterq; dicta eſt ueluti roris humoriſq; parens fecundiſſima: ex quo ſydus lunæ femininũ ac molle nominatur ab eruditis: quæ nocturnum ſoluit humorem: & ut ait Plinius cuncta humifico ſpiritu laxat. Rores exiſtunt neq; gelu, neq; ardoribus, neq; uentis, nec niſi ſerena nocte: in confeſſo eſt roſcidas eſtate aphricæ noctes eſſe: ſcribit Ariſtoteles in primo meteororum Rorem fieri ex uapo ratione modica cum pluuia ex largo uapore progeneretur. Apuleius in libro de mundo. ros inquit nocturnus humor eſt, quem ſerenitatis tenuitas ſpargit. græce δροσοσ dicitur ros & δροσεροσ roſcidus: ceſpes autem terra eſt cũ herbarum radicibus circuncisa ferramentis ex ceſpitibus caſtra circundantur: & aggeres caſtrenſes fiunt, ut docet Vegetius in tertio de re militari: hinc illud plinianũ ex libro xxxv. ceſpitum natura caſtrorum uallis accommodota cõtra flumium impetus aggeribus. ex ceſpite fiunt aræ dictæ ob id ceſpiticiæ. Julius capitolinus centum aræ uno in loco ceſpiticiæ extruuntur: & ad eas centum ſues centum oues mactantur. GLEboſa. Glebis grandibus plena & extantia: columella id genus glebas appellat ſcanna: de quibus Plinius in xviii. ſcanna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur: glebæ ne exultent: græce βωλαξ και βωλοσ nominatur, inde ab Homero phthia ἐριβωλαξ dicta ab ubere glebæ. Emerſi: difficulter ſe ſuperaſſe aſpredines locorum ſignificat. INDIgena. Theſſalico quaſi inde genito. Nec aliunde aſcito: uel indigenam appellat equum patrium: ueluti uernaculum & domeſticum. FAtigationem ſedentariam. Eleganter ſedentaria fatigatio dicitur illa: qua ſedentes in equo ex diutina equitatione uexamur. Columella in xii. ſcribit operam uillicæ non eſſe ſedentariam intelligi uolens nõ eẽ deſidioſam: & ignauã: ut ſedens operet: a Plinio quoq; panegyriſta decenter dicitur ſedentaria ſenatus aſſentiẽdi neceſſitas: qui ſedens aſſentiri cogebatur princips truculento. Quinetiã ſedentarias artes & ſellularias eruditi appellant quæ a ſedentibus per ocioſitatem exercent: quas numæ lex a peregrinis & ſeruis tantũ exerceri ſanxit ciuibus inter dictas, tãq his animi uigor & corporis pariter elangueſcat: plautus in aulularia ſedẽtarios nominat qua dictione ſignare illos uidet: qui ſedes fabricãt & ſellas. FRONtẽ extrico. Numeroſa oratione & ſimiliter deſinẽte indicat ſe oia illa factitaſſe: q̃ fieri ſolent ab equitariis ſiue equiſionibus erga equos labore exhauſtos: & ſudore diffluentes: ut. ſ. frontẽ extricaret, aures remulceret: frenos detraheret. frõte ãt maxĩe ſudãt aĩalia & potiſſimũ homines propterea qđ caput humidũ laxũq; eſt. cerebro ãt humectiſſimo frons prima ſubdita ẽ Ariſtoteles auctor in ſecundo problematũ. frontẽ a foratu oculorũ nominatã Varro exiſtimauit: & credidit Lactantius in libro de opificio. a fronte dicti frõtones qđ cognomentũ eſt nobilium romanoꝝ hinc ait Cicero in primo de natura deoꝝ. Silos & Flaccos, frontones: capitones: quæ ſunt in nobis. Sili ut hoc quoq; in tranſcurſu declaremus dicti ſunt: quoꝝ naſus ſurſum uerſus eſt repãdus: Vnde galeæ quoq; a ſimilitudine ſilæ appellãt: Flacci uero nominati: quoꝝ aures demiſſe erãt pendulæ & languidæ ac flacceſcentes: ab hiis, ut ait Plinius ſunt flaccoꝝ cognomina. SENſim proueho. Nõ potuit ſignificãtius exprimere id qđ quotidie uſurpari uidemus in equis ex curſura diffudãtibus & laſſitudine defectis. qui. ſ. gradu lentiſſimo dorſualibus operti ſenſim prouehunt: ne ex refrigeratiõe periclitent. ALui præſidiũ. Excrementa ſignat: & urinã quo naturæ pſidio maxĩe equi fatigati recreã tur. ELIquaret. Emitteret: redderet: & ueluti liquidiora ſtercora fiſtulatim excuteret: q̃ ab antiquis foria dicebant. Vnde foriolus dictus: qui foria facile emittat ſolutioris. ſ. uẽtris. IENtaculũ ambulatoriũ. Jentaculũ auctore fulgẽtio placiade dicit guſtatio: & eſt quaſi prægustatiua comeſtio: eſt enim cibus matutinus, quaſi ieiuna anima ſumptus. & ientare uetus uerbum eſt quod ſignificat ientaculum capere: afranius hæc ieiuna ientauit: Vitellius imperator epulas quadrifariam diſpartiebat, auctore tranquillo in ientacula, prandia, cenas, & comeſſationes. græci ientaculum ἀκρατισμὸν uocant: καὶ ἀκρατίζομαι. Hinc Ariſtoteles libro de animalibus nono ſcribit aquilam non operari: Sed quieſcere μέχρι ἀκρατισμοῦ hoc eſt uſq; ad horam ientaculi. in quibuſdam codicibus ariſtotelicis legitur μέχρι ἀγορᾶς quod Plinius Ariſtotelis interpres emunctus ita tranſtulit. donec impleantur hominum conuentu fora ignauæ ſedent. antiqui prandium ſiue prandiolum uocauere. ientaculum quaſi paruum prandium, quod M. Tullius eleganti uocabulo prandusculum dixit, & ita legas in ſincerioribus codicibus epiſtolarum ad atticum. nunc oppido quam eleganter ab Apuleio dicitur ientaculum ambulatorium. Quod ſenſim ambulando carpit equus in prato: ambulatoria hominis uoluntas uſq; ad mortem eſt: ut tradunt iuriſcõſulti. hoc eſt mobilis, uaria, mutabilis. porticus quoque ambulatoria dicitur: quæ ambulationis cauſa extructa eſt.

& roſcida ceſpitum: & globoſa cãpoꝝ emerſi; me equo indigena p albo uehẽs: iã eo quoq; admodum feſſo: ut etiam fatigationẽ ſedentariã: inceſſus uegetatione diſcuterẽ: in pedes deſilio. equi ſudorem: & frontẽ curioſe extrico. aures remulceo. frenos detraho, ingradũ lenẽ ſenſim proueho: quo ad laſſitudĩs in cõmodũ: alui ſolitũ ac naturale præſidiũ eliquaret: Ac dũ is ientaculum ambulatoriũ: prataq; preterit: ore in latus detorto

Roſci/dus
Ros ex uapora/tione.
Ceſpes.
Aræ ce/ſpitiæ.
Scanna.
Ery bo/lax.
Sedenta/ria fatiga tio.
Sellula/riæ artes.
Sedẽtarii
Sudor ex fronte.
Fronto/nes.
Sili qui
Flacci.
Foria.
Foriolus
Ientacu/lum.
Ientare.

uētos inanimes expirare. ſolē īhiberi. Lunā deſpūari. ſtellas euelli. diē tolli. noctē teneri. Tūc ego ī uerba fidētior: heus tu inq̄: q ſermonē ieceras priorē: ne pigeat te: uel tedeat reliq̄ ptexeŕ. Et ad aliū. Tu uero craſſis auribus: & obſtīato corde: reſpuis: q̄ forſitā uere phibeantur. Minus hercule calles prauiſſimis opinionibus ea putari mendacia: quæ uel auditu noua: uel uiſu rudia. uel certe ſupra captū cogitatiōis ardua uidētur. quæ ſi paulo accuratius exploraris: nō mō cōptu euidētia: uerū etiam factu facilia ſenties. Ego deniq; ueſpera dum

VENtos inanimes expirare. Id eſt uentos eſſe ſine ſpiritu: quod impoſſibile eſt. uentus enim nomē
uenti perderet cum eſſet inanimis id eſt ſine anima & ſpiritus agitatione. a græcis dicitur ἀνεμοσ. Animæ
unde animus. & anima deducuntur. ex quo animæ interdum per uentis uſurpantur. Oratius impel/ pro uētis
lunt animæ lintheæ thraciæ. Virgilius. Quantum ignes animæq; ualent. eſt autem uentus fluens aer
& agitatus ut Hippocrates in libro de flatibus Ariſtoteles. Seneca. & cæteri philoſopharum phyſica/
rum conditores prodiderunt. Nihil autem eſt in rerum natura potentius ſpiritu. ignem ſpiritus con
citat. Aquæ uentum detrahas in/
ertes ſunt. poteſt ſpiritus diſſipa/
re ſpacia terrarum. & nouos mon
tes extolere: qui eſt cauſa tremo/
ris terræ: unde epicuro nullus mo
tus placet præter ſpiritum q poſ/
ſit tanta conari. EXPirare. Spi/
ritum exhalare & mori: ſicut ani/
mantia expirant ſpiritu emiſſo de
ficientia: ſine quo nihil uitale eſt.
SOlem īhiberi. Sol qui eſt mū/ Sol mūdi
di oculus. & cor celi: & iucunditas oculus
diei & celi pulchritudo. Naturæ
gratia ut inquit Ambroſius in q̄r
to hexameri: qui ut aſſerit Plinius
naturæ regimen ac numen eſt ſiderum ipſorum celiq; rector. creditur potētia magici carminis poſ/
ſe inhiberi quominus curſum ſuum ſtatum & nunquam erraticum circumagat. hinc Lucanus ceci/
nit in. vi. pharſaliæ. ceſſauere uices rerum dilataq; mundi heſit nocte dies. priſca illa rudis & indocta
mortalitas in deliquio ſolis ac lunæ ſtellarumq; defectibus. ſcelera aut mortem aliquā ſiderum paue
bant. LVnam diſpumari. Carminibus præſtigiiſq; magnorum lunam celo deduci poſſe creditum Lunam.
eſt: ex qua credulitate. eſt illud notiſſimum. carmina uel celo poſſunt deducere lunā: credebant quoq; deſpuma
lunam cantu magico depreſſam cogi. ut deſpumaret in herbas ſuppoſitas. & lunare uirus infunde/ re in her/
ret: quibus mox ad magicen utebantur. Quod & idem Lucanus inſinuat. cum ſic ait in ſexto de luna bas.
loquens. & patitur tantos cantu depreſſa labores: Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas. itē
alibi & uirus large lunare miniſtrat: mortalitas ignara cauſarum naturalium in lunæ defectu uene/
ficia arguebat. & ob id crepitu diſſono auxiliabatur. Auctor Plinius in ſecundo. & Liuius. xxvi. diſpo/
ſita inquit in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu qualis in defectu lu
næ ſilenti nocte fieri ſolet edidit clamorem: hinc illud ſatyrici poetæ una laboranti poterit ſuccurre/
re lunæ. igitur luna deſpumatur quando ſpuma depurgatur: quam cogitur infundere in herbas ſu/
biectas a magis. itidem mel deſpumatum dicitur quando ſpuma detracta purum liquidum defeca/
tum relinquitur. & ut ait Plinius in. xxii. uſus deſpumati mellis ſuper aptior eſt. STELlas euelli.
Marcianus capella in libro de Aſtrologia ſtellas a ſtando. ſidera & conſidendo dicta fuiſſe comme/
morat: cum itaq; ſtellæ cælo affixe ſint cantamine magico reuelli poſſe putantur. iterdum ſtellas ex
cælo labi & uolitare conſpicimus. ex quo illud Maronianum: ſtellas uento impendente uidebis præ
cipites cælo labi: Plinius in. xviii. diſcurrere inquit ſtellæ uidentur interdum uentiq; protinus ſequū/ Stellæ
tur. in quarum parte ita præſagauere. inibi ex interuallo: ſi uolitare inquit plures ſtellæ uidebuntur: Sidera.
quo feruntur albeſcentes uentos ex his partibus nunciant: uulgus exiſtimat aliquem extingui cum
ſtella decidua: uerum ut inquit ueriſſime idem Plinius non tanta cælo ſocietas nobiſcum eſt. Vt no/
ſtro fato mortalis ſit ille quoq; ſiderum fulgor: uerum cum decidere uidentur id fit nimio alimen/
to tracti humoris ſicuti luminibus accenſis id ex liquore olei notamus accidere græci aporrhoeas uo
cant defluxus quoſdam ærios: qui ad terram labentes ſtellarum caſus imitantur. DIEM tolli. Tan
quam arte magica poſſit dies mutato. canonico curſu interpellari: & nox congeminari iuxta illud Lu Cur ſtel/
cani ceſſauere uices rerum dilataq; longa heſit nocte dies. legi non paruit eter. ET ad alium. Con/ læ cadere
uerſus ſcilicet ad illum: qui extorto cathino dixerat ſuper ſedendum eſſe talibus uerbis: tanquam ab uideant.
ſurdis & īcredibilibus. MINVS hercule calles. Senſus eſt profecto neſcis multa quæ uera ſunt ideo
exiſtimari mendacia. ob deprauatam hominum opinionem: quia ſunt noua: & ſupra uires noſtras
ſublimata. in hanc ſententiam ait Saluſtius in Catilina: quæ ſibi quiſq; facilia factu putat. Aequo ani/
mo accipit ſupra ea ueluti ficta pro falſis ducit. VESPEra. Hora ueſpertina: & ut ait Sidonius: Cre
puſculaſcente: Dies ciuilis: qui a media nocte incipit ita diuiditur: primum tempus dicitur mediæ no Diuiſio
ctis inclinatio deinde Callicinium: inde conticinium. Cum & galli conticeſcunt: & homines etiam diei.
tunc quieſcunt: Cuius meminit Plinius in aſinaria cum ais: uidebitur factum uolo redito cōticinio: Gallici/
Deinde eſt diluculum: id autem eſt cum incipit dignoſci dies: inde mane dum dies clarus. Legi/ nium.
bus duodecim tabularum ortus tantum & occaſus nominabatur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & Contici/
meridies. Nouiſſimum diei tempus ſuprema tempeſtas nominatur. hinc illud. xii. tabul. ſolis occaſus nium.
Diluculū

Supre/ma tem/peſtas. ſuprema tēpeſtas eſto: quis plurimi ex his uerbis ſupremā tēpeſtatē poſt occaſum ſolis eē exiſtimaue/
rit. poſt ſupmā dicit̃ ueſpera a ſtella q̄ græci heſperā Plautus ueſperuginem. Ennius ueſpeꝝ martialis
phoſphoꝝ: uirgilius heſperō appellat: ide crepuſculū a crepero qđ dubiū ſignificat dictū: tāq̄ lux du/
Veſpera. bia id horæ ſic incertūq; exiſtat id tēpus noctis ne ſit an diei: ide crepuſci nominati a Sabinis. q eo tē/
Veſperu go. pore erāt nati: & a Lucrecio dictū eſt crepeꝝ bellū: cuius anceps & dubius eſt euētus: oracula quoque
crepera uocitarunt quaſi ancipitia. ambaſioſa. dubioſa. hinc ſenes decrepitos dici quidā autumāt: qua
Crepu/ſculum. ſi dubiæ ſint uitæ: poſt crepuſculū
id ſequit̃ tēpus: qđ a luminibus ac
Crepuſci cenſis prima fax dicit̃. Deinde cō

pollentæ caſeatæ mōdico ſecurius offulam grādiorem

Prima fax. cubia ſiue concubiū q̄ fere oēs tunc curarēt: alii ab eo qđ ſiliret̃. id tēpus ſilentiū noctis appellauerunt
ſicut Liuius. Nouiſſimo loco intēpeſta nox dicta ex eo quod nō habet idoneū tēpus rebus gerendis.
Concu/bium. Et eo tēpore nil agi tēpeſtiuū eſt. Caſſius: nocte intēpeſta noſtrā deuenit domum: hæc eſt diei ciuilis a
Romanis obſeruata diuiſio quā pluribus uerbis explicaui. propterea q̄ hæc enarratio eſt futura con/
ducibilis ſtudioſis antiquaꝝ lectionum: auctores. M. Varro Macrobius. Plinius. Cenſorinus. cæteri.
Polenta. POlentæ caſeatæ. Polenta cuius meminit Plautus in aſinaria. cibus fuit antiquitus græciæ peculia
ris. & ut ait Plinius in. xviii. uidet̃ polenta tā ignota italiæ fuiſſe: q̄ puls græciæ. pluribus fit hæc modis
græci perfuſum aqua ordeū ſiccant nocte una ac poſtero die fingunt. deinde molis frangunt: nec ali/
unde laudatior q̄ ex hordeo conficit̃: uicenis autē libris ternas ſeminis lini & coriādri ſelibras miſcēt:
Ouidius neutro genere polenta dixit illo uerſu: dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta. placen/
tam Apuleius caſeatam uocat: uoluti caſeo indito ſubactā: ſicut libū & placentā fieri docet Cato in li
ſcribilita. bro de re ruſtica: Ad eundē modū & ſcriblita fit adhibito caſeo coquiturq;: de qua epigrāmatiſta cir/
cunlata diu mēſis ſcriblita ſecundis: Plautus quoq; in penulo nunc dū ſcriblitæ eſtuant occurrite: Vi/
det̃ autē Apuleius noīe caſeatæ polentæ ſignificare obſoniū cōſimile epityro. eſt autē epityrū uocabu
lū cibi quo frequentius Sicilia q̄ Italia uſa eſt: ut auctor eſt. M. Varro: de quo Plautus in milite. ſi unū
epityrū edam apud illum eſuriens inſane: in plautinis codicibus coniunctim & interciſim implicata
Epityrū. lectio. ſic enim impreſſi codices habent epityredam pro epityrum edam. Dictum autē eſt epityrum.
τυροσ ut ego opinor a caſeo. Ex quo fit id cibi genus perinde ac caſeatum ſit τυροσ enim græce caſeus lati/
τυροκν/ηϛιϛ. ne ſignificatur: & τυρόκνηστισ dicitur id inſtrumentum coquinatoriū: quo foraminato caſeus mi/
nutatim diſteritur: hic illud calippi ſalſe ſimul & dolenter dictum celebratur apud græcos: qui dum
catinam ſiciliæ ciuitatem capere adortus ſiraculas. Amiſiſſet dixiſſe fertur Tyrocneſtin habeo. pro ci/
uitate: Non me peterit. apud columellā libro rei ruſticæ. xiii. epityrū uocari genus cōditure ex oliuis
fractis: concinnatum: quod in ciuitatibus græcis plerūq; uſurpabatur: quod qdam pityrū dicere ma/
lunt. Cato quoq; docet epityrum album nigrum fieri ex oliuis addito coriandro feniculo ruta men/
ta citra caſei mētionem. Nō inuitus in hæc interdum ueluti diuerticula tranſilio: ut ita uarietate reꝝ
Taberna caſearia. faſtidiū abſtergat̃: qđ nullas res magis q̄ uniformis narratio parit. apud iuriſcōſultos taberna caſearia
decenter dicta: ubi fit caſeus: ſed anteq̄ digrediamur ab epityro & caſeo: conducibile uidet̃ explicare
Tyrotari chus. apud Ci/ceronem quid. quid ſit apud. M. T. tyrotaricus de quo multi multa per pauci bene: in epiſtolis ad papyriū petum in
epiſtolis ad atticum tyrotaricus & patina tyrotarichi. per ſæpe memorat̃. qua dictiōe ſignificari puto
genus obſonii ex caſeo ſalſamentiſq; confecti. unde ex utroq; cōpoſitū nomen. τυροσ enim. ut iam
diximus græce dicitur caſeus. ταριχοσ: ſalſamentum. proinde tyrotarichos legendum. ut ſit nomen
pētaſyllabō. Qui tyrotarichū accipiunt pro nomine coq ſiue uillæ a uero deuii halluciātur. MOR
dico. Mordicare eſt morſu carpere: quidam legunt modico ſecurius tanquam aduerbium ſit ſignifi/
cetq; paulo licentius fruſtum ſiue bucellam ex illa caſeata polenta contruncaſſe: ego legere mali mor/
dicus. uel ſi ita placet mordico ut aduerbium ſit. quo ſignificat cum morſu & dentibus: & ut ueteres
dixerunt morſicatim: ſenſus autem ſic ordinatur: cum morſu cōtruncare uoluiſſem bucellam ex po
lenta caſeata grandiorem: propterea quod conuiue uoratores rapti tuburcinātes uorant: paulum ab
fuit quin interirē dū faucibus in hæret ac ſpiritum ſtrāgulat cibus ille glutinoſus ex caſei mollicie &
Offa. lentore. OFFVLā. Offula hic accipit̃ pro bucca ſiue bucella & fruſtullo polētæ. Offa. m cuius diminu
tiuum eſt offula & tertio gradu ofella ſignificat fruſtra eſculenta in quæ potiſſimū caro cōcidit̃. colu
mella de ſalſura ſuillæ carnis ſcribens ait. caro in libralia fruſtra cōcidit̃. deīde offulæ carnis ſpiſſe cō/
ponuntur & alternis ſal ingeritur: claudius imperator cū de lanĭis ageret̃ exclamauit in curia. Rogo
Offula. uos quis pōt ſine offula uiuere. Vbi offula accipi uidetur pro eſca ſciriſſimi ſaporis quæ fit ex iecinore
Inter os & offam porcino in fruſtula conciſo. uulgo iecuſcula dicuntur. p tranſlationē dixit decenter ſatyrographus &
patruo ſimiles effunderet offas intelligi uolēs impfectos fœtus. Et fruſtra carnis: qualia ſunt in abor/
tiuis: dicit̃ offa quoq; de hiis. quæ nō mandunt̃: ut apud Plinium offæ bubuli fimi. uulgatiſſimū ē ue
tus Prouerbium inter os & offam: quo pro bucella & fruſtulo cibi capitur: cuius meminit Cato: idē
Prouer/biū inter calicem & labra ferme ſignificans. Quod græcus ille παροιμιογράφοσ uerſus πολλα μεταξὺ πελει κυλικοσ και χε/
ιλεοσ ακρου. & quoniam incidimus in hoc prouerbium non ab re eſt notaſſe cauſam. unde prouer/
bialis uerſus factus ē. quē nři ī trāſcurſu attingūt. nec ſatis enarrāt. apud græcos talis narrat̃ hiſtoria.
Anceus neptūi filius cū uineā plātaſſet ſāuloruq; ueſtigiis īterdixiſſet unus ex illis dixit nō eē fas diīo

fructũ uineæ carpere:nequinũ nouũ guſtare:mox maturis uuis anceus gaudibundus cũ poculũ eēt labris admoturus iuſſit ſeruũ meminiſſe uerbi qđ dixerat:interea uenit nuncius domino referēs ui neá ab apro imẽſo uaſtari:tunc anceus abiecto poculo dum cõcitatus currit ad aprũ perimẽdũ: ab eo pcuſſus occubuit:& ita ut ſeruus pdixerat guſtare non potuit uinũ:Quod iá habebat paratũ.La briſq; propinquum.Alii tradunt hác paroemiá ab antinoi caſu ortá eſſe unius ex pcis penelopes : q cũ poculũ labris admoueret bibiturus:Corruit moribũdus ab Vlyſſe ſagitta cõfixus.Quidá referũt ad chalcité : qué uites ſeréte qdá augur uicinus pteriés dixit errare:nõ.n.ſfas eſſe nouũ uinũ guſtare:cõſimile eſt illud apud noſtros minus notũ:Inter manum & mentũ.

in conuiuas emulos contruncare geſtio: mollicie cibi glutinoſi faucibus inhærentis. & ima gulæ ſpiritus detinentis:minimo minus interii.& tamen athenis proximo:& ante poecilen porticum : iſto gemino obtutu circulatorem aſpexi equæſtré. ſpatham præacutã

Inter manum & mentũ.

IN cõuiuas emulos. Solemus í conuiuio hoc ſæpe factitare:aut auide cibos tráſuoremus in fruſta enormia conciſos uixq; cõmáducatos:dũ timẽus ne cõuiuæ gulões cõcta uoraciter í baratrũ cõiiciát:& ob hoc í emulos conuiuas dixit Apuleius ſe cõtrũcaſſe mordicus offulam grádioré:alii exponũt dũ cibũ uellet fruſtatim ſecare:ut ſingulis cõuiuis ſuæ partes diſtribueréť. GEſtio.Cupio alias geſtire ſignificat læ tũ eé:& geſtu corporis læticiá ſignificare:ut nonius ſeruiuſq; notificát:enarrátes illud uirgilianũ:Et ſtudio in caſſum uideas geſtare lauádi:geſtit ille:q ut ait feſtus Põpeius ſubita fœlicitate exhilaratus nimio corporis motu pter cõſuetudiné exultat. GLVtinoſi.Vulgo talis cibus uiſcoſus appellať.

Geſtire.

IMA gulæ.ſumũ gulæ fauces uocanť:poſtremũ ſtomachus. SPIritũ detinẽtis.ſignificat itercluſum fuiſſe a cibo deeráte ſpiritũ meáté p fiſtulá ſpiritalé:Duæ.n.ſunt fiſtulæ:& qſi canaliculæ a faucibus deorſum pficiſcétes p q̃p alterá delabunť í ſtomachũ eſculéta oía & poculéta.Ex quo cibalis dicta.p alterá ſpũs a ſummo ore í pulmoné atq; idé rurſum í os & í nares cõmeat:perq; eadé uiá uocis quoq; fit meatus.a ſpũ ſpiritalis hæc fiſtulá nóiatur:quá græci uocant τραχεῖαν ἀρτηρίαν hoc é aſperá Arteriá.M.Varro capite de capris & hædis Lactátius í libro de opificio Gurgulioné appellat aliqdo cibus potuſq; labiť in hác fiſtulá.p quá ſpũs reciprocať.eaq; offenſione intercluditur animæ meatus.Quod ſibi accidiſſe ſignificat Apuleius:dum ait cibũ glutinoſum retentaſſe ſpiritũ:meatem & deeraſſe in alienum tramitem.ob hoc arte quadam & ope naturæ duabus fiſtulis cibali.ſ.& ſpiritali íterpoſita eſt ligula:quæ dicitur epiglottis:quæ inter edendum bibendumq; operit canaliculũ ſpiritalem.ne ſi cibus potuſue in alienum deerrauit tramitem hominem torq̃at : Auctores Ariſtoteles.Plinius.Gellius.& Eraſiſtratus. MINImo minus.Vix minimũ abfuit quin interiré. PROximo.Appropinquo.Verbum eſt. ANTE poecilen porticum.poecile porticus fuit athenis:in qua ſtoici phabátur:latine dici põt uaria ſiue uariegata a pictura.ſ.multiplici:q̃ illic uiſebatur.polygnotus pixit gratuito porticũ hác poecilen.Cũ parté eius mycõ mercede pigeret:unde maior fuit polygnoto auctoritas:Siqdé Amphictyones:Quod eſt publicũ græciæ conciliũ hoſpitia ei gratuita ſtatuere.De hac porticu itellexit pſius cũ ait Bracchatis illita medis porticus.De eadé ſic ſcribit Emylius pbus.in hac porticu poecile cũ pugna dipigereť.Marathonia tributus eſt hic honos milciadi: ut in decé ptog numero prima eius imago poneret.In.vi.Suetonii cõmétario ſcripſimus copioſiſſime de poecile porticu.Emaculátes maculoſum ſparciani locũ illic poteris mutuari: ſiqd ex curioſitate uberius fuſiuſq; deſideraueris:ποικίλον græci uariũ uocant.ποικιλίαν uarietaté: unde poecile porticus dicta a uarietate picturag.hic & pyropoecilon uocarũt lapidé pũctis ignei coloris uariegatũ & gẽmá ſidero poecilon q̃ ferro ſimilis é guttis uariátibus:fuit & in helide porticus poecile ut pauſanias tradit:q̃ a Pli.heptaphonos appellať:quoniá ſepties eadé uox.In ea reddebať. GEmino obtutu aſpexi.Ambobus oculis figura é:q̃ grámatici pleonaſmõ uocát:q̃ fit ut auctor é Qui.in .viii.cũ ſupuacuis uerbis oron onerať ut ego oculis meis uidi:ſat eni é uidi:& ſic ore loquuta é: Cũ utiq; ſufficeret ſic loquuta é:obtutus alias ſignificat aſpectũ ut illud.Dũ ſtupet obtutuq; heret defixus í uno.diciť aũt obtutus q̃ſi obtuitus.a uerbo tuor.qđ ſignificat uideo.Hoc gemino obtutu aſſeuerátis é.ſic Terétius hiſce oculis. CIRculatoré.Circulatores ſunt circũforani:q pſtigiis qbuſdá magicis uideť deuorare gladios acutos:irritare ſerpétes uenenatas:& alia id géus icreduda efficere maxia ſpectatog admiratiõe:pecuniag maximi eruſcatores.Ex hoc genere ſunt pharmacopolæ:& marſi.q angulũ uirulétog dormitores ſunt:quos Iulius firmicus í.vii.matheſeos naſci ait oriéte ſidere opiocho:q ſint circulatores docet Paulus Iuriſcõſultus Titulo de extraordinariis criminibus: ſic ſcribés.í circulatores q ſerpétes circũferũt & pponũt ſi cui ob eog metũ dánũ datũ é.p mõ admiſſi actio dabiť:a circulo & circiferédo nomé circulatoris deductũ é:cuius fœmininũ é circulatrix Qui.í priapeis.hic qdo teletuſa circulatrix.Videturq; fœia circulatrix ea dici:q̃ lucri gr̃a urbé circuit & ſaltádo aliõue ludicri gñe mercedulá aucupať.Circitores uero í re militari dicť q uigilias circũeũt ut renũciét ſi q̃ emerſerit culpa:quos oli circuitores appellabát.ut auctor é Vegetius.De circitore í priapeis qd me cũ tibi circitor moleſte.Vlpiáus iuriſcõſultus titulo de inſtitoria actiõe:circitores quoq;

Fiſtula cibalis.
ſpiritalis.
Aſpera arteria.
gurgulio
Epiglottis.
Poecile portus.
Amphictyones.
Pyropoecilon.
Sidero poecilon
Porticus heptaphonos.
Circulatores.
Pharmacopolæ.
Circulatrix.
Circitor.

eos dici uulgo oſtédit.qbus ueſtiarii dát ueſté circūferédá:& diſtrahédá.Plinius i epiſtolis circulato/
ré eū itelligit q i foro in corōa popularū legédo canédoq; obleċtat:qles hodieq; nō pau₂ multi i foro
Græca nostro audiunt. SPAthá:multa ſunt græca uel græcanica uocabula latinis notiora uſitatioraq; q̄
pleraq; la noſtratia:qd' oppido quá mi₂ uideri debet:& ut exépli cá pauca q̄dá breuiloq̄ ofone ſuccigá:nō ne
tinis no/ multa iter morbo₂ noia græcanica ſunt notiſſima uſitatiſſimaq; pide atq; uernacula medicis nī
tiora. tpis:quo₂ aures latias eorūdé morbo₂ dictiōes pēitus aſpnāt.qd ſit dyſenteria q ſint dyſenterici no
Dyſente/ rūt oēs:q̄ græca ſunt.At ſi tormi
ria. na & tor minoſos dixeris:ſic.n.la
Tormia. tine dīr:uerbi nouitate pculſi ob
Synáche ſtupeſcēt.Itē qd ſit apud Hyppo/
craté & Galenū ſynáche norunt:
quá tamé pperá ſqnátiá dicere cō
Angina. ſueuerūt:qd uero ſit angina ne/
ſciūt:q̄ latina dictio é ſynáchéq; ſi
lyenteria gnificat:lyenteriá q̄ iteſtio₂ leui
tas é & ſolutio pbe callēt:aluios
neſciūt:Ita.n.latine lyenterici uo/

mucrone infeſto deuoraſſe:ac mox eundem inuitamé
to exigue ſtipis uenatoriam lanceam qua partemina
tur exitium:in ima uiſcera condidiſſe.& ecce pone lan
ceæ fer₂:qua bacillum inuerſi teli ad occipitium: per
inguiné ſubit:puer in mollicié decorus inſurgit. Inq;
flexibus tortuoſis eneruam:& exoſſam ſaltatiōem ex
plicat:cū omnium:q aderamus:admiratione: diceres

Epatici. cāt:Epaticos ſciūt dici q morbo laborát epatario:q̄ græca dictio é:iecoroſos dici neſciūt:q̄ latia uox
Iecoroſi. eſt:Cōſimiliter ut ad ppoſitū reuertar ſpathá tá uiri q̄ fœmiæ uulgo noiát.cū dictio græca ſit:q̄ lati
Spathæ. no ſermōe dr̄ gladius enſis Mucro:ſed illd̄ græcū q̄ hæc latia cognibilius uulgatiuſq;.Vegetius gla/
dios maiores ſpathas uocari docet.minores uero ſemi ſpathas:pterea ſpatha ſignificat ramuſculū
palmæ cū balanis hoc é ipſis Dactylis:ut tradit Iulius pollux:hic apud Martialé Léma é ſpathalion
Cariota₂:q̄ dictiōe ſignificat ramulus cū cariotis.i.dactylis palma₂ depédétibus:Itē i leuitico ſcri/
Semi ptū legimus:ſumeris uobis die prio fructus arboris pulcherrimæ:ſpatulaſq; palma₂:p eo é ramuſcu
ſpathæ. los palma₂ cū fructibus:Sed qd' cū pace bōaq; uenia eruditiſſimo₂ uiro₂ dictū ſit ſpathaliō ap Pli.
Spatha/ niū & Plautū ut ego opior nō a ſpatha.i.palma dducit:ſed a uerbo græco σπαταλῶ ſiue σπαταλάω
lion. qd̄ ſignificat delitias ago & laſciuio iclinat.quo uerbo uſus é Ariſtophaes cū ait i nepheles ὦ γ' ὑμᾶι
λιῶν σπαταλῶν.eſt.n.ſpathaliō ornamētū muliebre iter delitias fœmieas annumeratū. ne forte q̄ras
ubi Pli.meminerit ſpathalii.ſic ait i.xiii.ſpathalia eo facere & monilia fœmias:& Plautus i menech/
mis:Ambo menechme inauris da mihi faciédas pōdo duū nūmū ſpathalia ut te libéter uideá cū ad
nos ueneris:pterea Plinio ſpatha é iſtrumētū & rudicula q̄ utimur i uerſandis rebus q̄ coquuntur.

MVcrone iſeſto.Cuſpide noxia ac letifera.mucronatus dr̄a mucrōe:mucrōis effigié gerés.Plini/
Mucro/ us lib.xxxii.xiphiá piſcé.i.gladiū roſtro mucronato eé ait.iterdū mucro ſignificat ipm gladiū:& ut
natus. docet Qntiliáus pſa oratio mucroné pgladio recipiet:Priſcíus ſynoia ſunt iqt:q̄ diuerſis noibus
idé ſignificát:ut enſis.mucro.gladius. EXIgue ſtipis.minimi pcii icitaméto.ſtipé pecuniá dicebát
Stipes. a ſtipédo:ut iterptat.M.Varro:qa q aſſes hoc é nūmos librales habebát maiori nūero nō i arca pone
bát:ſed i aliq̄ cella ſtipabát.i.cōponebát.a ſtipe ſtipédiū dictū & ſtipédiarii qd̄ ſtipé pédebát.hic diſpé
ſator ab ſtipe pendéda noiatus.hinc pecunia ſtipulari dicit & reſtipulari in obligatiōibus. LAN/
Lancea/ ceá.hiſpanicū uocabulū eſt.ut ait Varro.& repetit gellius:a lácea lanceatus.i.lancea pcuſſus:qui ha/
tus. buerit horoſcopū in.xvii.parte Aquarii auctore firmico materno láceatus morietur:Lancearios no
Lácearii. ſtri uocát quos græci λογχιτοῦσ καὶ λογχοφοροῦσ appellát:a λόγχη.i.lancea geſtádo. Qua
parte.i.cuſpide. PONE fer₂.poſt fer₂.Virgilius pōe ſubit cōiunx.& alibi pōe ſequés & ut ait Pri
ſcianus in.x.ii.aduerbiū é:qd' ſoli accuſatiuo adiūgitur.ut pone tribunal.uel pōe domū. BAcillū
diminutiuū a baculo Iuuenalis nullo dextrá ſubeunte bacillo.Liuius lictores cū bacillis. INuerſi
teli.ſenſus é circulatoré illū pſtigiis ppotenté p partes iguinū iſernas.perq; uiſcera imiſiſſe fer₂ lan
ceæ:q̄ adacta uſq; ad occipitiū emerſit oſtétás in mucrone pue₂ ſaltatoriū:q̄ res iter mira miracula
referri pōt:qualia ex portétoſa uanitatis magicæ officina depromūtur. PER inguimé.Lego p in
gué.Inguina aūt tá uiri q̄ fœminæ ueréda ſignificant:Martialis accedo quotiés ad opus mixtiſq; mo
Inguina uemur iguinibus:inguina ſunt ſub ſcorpione:manlius at ſcorpius inguine gaudet:hinc inguinaria
ria herba dicta herba:q̄ ſedat iguinis dolores quá qdá argemonem uocát.cuius meminit Plinius in.xxvi. Ad
Occipi/ occipitium:occiput & occipitium uocamus parté capitis poſteriorē:occipitiū ut docét philoſophi
tium. & tradit Macrobius in ultimo ſaturnaliū:nūq̄ caluū uiſit ob ſiccitaté.ſub arietis dominio caput col
locat.Málius in ſecūdo aſtronomicō.aries caput eſt ante omnia princeps ſortitus. IN mollicié
decorus:i quibus decor é corporis iūctus fortitudini:& talis pulchritudo ornat ut ait donatus uiro₂
fortē.i quibuſdá forma é cū mollicie copulata:& tales magis iter fœminas:q̄ iter uiros ſunt nume/
rádi:qui naſcent orietibus pleiadibus corpus in fœminá tráſferrent effeminati molliter ambulátes
ueſtigia ſuſpédét:penitebit eos qd' uiri nati ſint.auctor maternus i.viii.mateſeos. ENERuá ſal/
tationé.decētibus uocabulis ſaltationé molliculá ifractáq; depinxit.Eneruá.n.& ex oſſis:q̄ſi ſine ner
Enerua. uis & oſſibus ſignificat:q̄les nō pau₂ iá multos uidimus:q ſinuoſis flexibus & corpore plicatili oble
Saltatio. ctant ſpectatores cū admiratione.Nati ſubſidere leporis leuitate corporis aues ſupare uidebuntur.

DEI medici baculo. Eſculapius ſignificatur: cuius geſtamẽ eſt baculus ſerpẽte iuolutus: Apolli-
nis filius: uetuſtiſſimus medicine reptor: Cũ tãtũ medicina cæteris pſtaret: ut nõ ſatis ei uiderẽ ho-
minũ dolores leuare niſi ẽt mortuos ad uitã reuocaret: ferẽ hyppolitũ diſcerptũ ad uitã reuocauiſ-
ſe. Nõnulli glaucũ minoris filiũ eius opa reuixiſſe dixerũt ꝓ q̃ re flulmine iouiali incẽſus periit: qui
deĩde ĩter ſidera cõſtitutus fuiſſe ꝓdit̃. Anguẽ tenẽs. hac de cã anguẽ tenere dictus. Quod cũ glaucũ
ſanaret manu bacilũ tenẽs. cũ qđ ageret cogitaret dr̃ anguis ad bacillũ eius arrepſiſſe: quẽ eſculapius
mẽte cõmotus iterfecit bacillo ſe-

dei medici baculo: qđ ramulis ſemiãputatis nodoſum gerit: ſerpẽtẽ gnoſũ: lubricis amplexibus ĩhereẽ. ſediã cedo tu ſodes: q ceperas: fabulam remetire. Ego tibi ſolus hic pro iſto credã: & qđ ĩgreſſui primum fuerit ſtabulũ prãdio participabo. hic tibi merces poſita ẽ. At ille iſtđ qdẽ qđ polliceris: eq bõiq; facio. Veꝝ qđ ĩchoauerã: porro exordiar. Sed tibi prius deierabo ſolẽ iſtũ

pius feriẽs fugiẽtẽ. Poſtea ferẽ al-
ter anguis eodẽ ueniſſe ore ferẽs
herbã: & ĩ caput eius ſerpẽtis ipo-
ſuiſſe: quo facto utroſq; illinc fu-
giſſe: quare eſculapius eadẽ her-
ba uſus glaucũ reuocauit ad uitã.
Itaq; inaſtris dicit̃ collocatus eẽ
anguẽ tenẽs: q græce ophiuchus
latine anguitenẽs noiat̃: in tutela
quoq; eſculapii dracões cõſtituti
ſunt: & ex hac cõſuetudĩe poſteritas ĩſtituit: ut medici anguibus uterenẽ: auctor Higinius in lib. de
ſignis: Plinius uero lib. xxix. Ideo anguẽ eſculapio dicatũ eẽ refert: qa ei ineſſe remedia multa credã-
tur: Macrobius ĩ prĩo ſaturnaliũ auctor ẽ ſimulachria eſculapii ideo ſubiũgi draconẽ: qa ſit acie acu-
tiſſima & puigili: Vnde. ἀπὸ τοῦ δέρκειν. i. uidere nũcupeẽ. medicũ ãt talẽ eẽ debere pſcribit: q acie
mẽtis uel cõmoda uel ĩcõmoda ĩ corpe mortaliũ pnoſcat: Vt. n. ait uęriſſime Hippocrates ĩ ꝓgno-
ſticis oportet medicũ dicere de egroto pterita. pſentia & futura: Cornelius celſus ſcribit eſculapiũ ĩ
deoꝝ nũerũ receptũ eẽ: cũ medicinã adhuc rudẽ: paulo ſubtilius excoluiſſet: illuſtraſſetq;. Fabulãẽ
græci eſculapiũ collegiſſe ſanguinẽ fluentẽ ex uẽis ceſæ Gorgiõis: Ita ut q fluxerat ex ſiniſtris uenis.
eo ſanguine ad hoium pniciẽ: q uero ex dextris ἰατρὸς σωτήριος. i. ad ſalutẽ uterẽ. chirurgiæ quoq;
ĩuẽtũ eſculapio aſſignat Diodorus li. vi. Sẽſus Apuleiĩ ẽ pueꝝ repẽtinũ ex magicis pſtigiis ĩſurrexiſ-
ſe ĩ lãceæ cuſpide tã flexuoſum tã lubricũ. ut credere poſſes ſerpẽtẽ eẽ illũ: qui ĩ baculo dei eſculapii
ſinuoſus figuraẽ: Sidonius mẽtionẽ facit baculi: tãq̃ id peculiare ĩſigne ſit eſculapii. ſic. n. ait ĩ ſecũdo
epiſtolaꝝ: tenere nõ abnuit cũ Orpheo plectrũ. Cũ eſculapio baculũ. cũ Archimede radiũ. cũ uictru-
uio ppẽdiculũ. Auguſtius ĩ tertio eſculapiũ appellat Archiatrũ: q̃ſi pricipẽ pſidẽq; medicoꝝ: græce
. n. ἰατρὸς medicus & ἀρχιατρὸς prius medicoꝝ. græci aſclepion uocãt eſculapiũ. Vnde ait Mar-
tianus aſcribit aſclepio græcia medicinã. de hoc eſculapii geſtamine. ſic ſcribit. Ouidius: hic mõ ſer-
pentẽ baculũ q nexibus ambit pſpice. Qđ gerit. neutro gñe baculũ uſurpat ſicut & ueteres factita-
uerũt. Silius paſtorale deo bacuũ. Ouid. baculũq; tenẽs agreſte ſiniſtra. CEDO. idẽ ſignificat ce-
do qđ dic mihi ut ait Dõatus & da. Verbũ ẽ comicũ. Plautus. Cedo manũ. M. T. ĩ oratore: libẽter igẽ
ẽt copulãdo uerbo iũgebãt. ut ſodes ꝓ ſi audes: ſis. ꝓ ſiuis. & capſis ĩ quo tria uerba ſunt. qđ ſignifi-
cat cape ſiuis: ẽ ãt ſodes uox exhortãtis: ut ait Dõatus ĩ andria. Dyomedes dixit eẽ aduerbiũ pcatio-
nis. STAbulũ: hoſpitiũ ſignificat: & ſtabulariũ uocãt ipm cauponẽ: q uulgo hoſpes appellaẽ: Vl-
piãus iuriſcõſultus. Caupões ait & ſtabularios eos accipimus: q cauponã uel ſtabulũ exercẽt: & caius
ait ſtabulariũ accipe mercedẽ ut pmittat iumẽta apđ eũ ſtabulari: Cuſtodiæq; noie teneẽ: Auguſti-
nus lib. viii. de ciuitate dei ſtabularias uocat mulieres: q̃ exercẽt ſtabulũ. & uiatores mercede paſcũt:
ſtabularii ſunt Catoni famuli uillatici: qui ſtabulario pſunt: ſic. n. ĩquit oportet habeat uillicus ſta-
bularios. iiii. obiter annotãdo græco uocabulo ſtabulariũ dici πανδοχεύς. ut ĩtelligas illđ ioſephi ex
libro tertio Antiquitatũ: neq; Ancillã neq; captiuã eis nubere uoluit: & eas q̃ de caupõibus & pãdo-
chibus uitã agũt. PRANdio participabo. i. mecũ prãdebis Aſymbolos & imunis: ego. n. ꝓ te re-
ſoluã: & ſtabulario ſatiſfaciã. M. Var. tradit locariã dici pciũ: qđ daẽ in ſtabulo. & taberna ꝓ loco ubi
cõſiſtãt. HIC. ꝓ hæc: loquutio ẽ frequẽs & prope peculiaris apuleii: ĩterdũ ſignificat tũc: ut docet
Priſciãus. EQui boniq; facio. puerbialiter locutus qđ ſignificat ĩ bunã partẽ accipio. Ita. n. loq cõ-
ſueuimus. quãdo benignitate uerboꝝ pſequimur pollicitatores inuitatoreſq;. põt accipi & eo ĩtel-
lectu. ut exponas nõ magni pẽdo. Cui cõſimile eſt illud ſuſq; deq; facio: Terentius cæteꝝ equidem
iſtuc chreme æqui boniq; facio. Titus Liuius ne ſerpat latius cõtagio eius mali. nos æqui bõiq; faci-
mus. M. Tul. ĩ epiſtolis ad atticũ ſine pticula cõiunctiua qđ decẽtius ẽ. dixit æq bõi facis. POR ro.
oportet.mathemathicos dicit.De his poeta ſatyricus.chaldeis ſed maior erit fiducia quidquid dixerit aſtrologus credent a fonte relatum hammonis.in chaldaico ſermone ſe etiam laboraſſe teſtat diuus Hieronymus in tantum.ut uix poſſet anhelantia & ſtridentia uerba proferre. Ciuitatem.corinthum. TVRbulenta.lego turbulentat.ut uerbũ ſit quod ſignificat perturbat uexatq;. STIpibus emerendis.lucro parãdo:& nũmis cõgerẽdis:ſtipẽ.n.nũmũ a ſtipando appellauerunt:nã cũ aſſes librales eſſent eos in aliqua cella ſtipabant.ideſt componebant:ut inquit.M.Varro quominus loci acciperent:hinc ſtipulari & reſtipulari hinc ſtipendiarii dicti:qui ſtipem pendebant erant autem ſtipes æreæ cuius nummi pondera dipenſatores auctore Plinio libripendens dicuntur. DIes nuptiarum.plena ſunt inquit Auguſtinus in enthiridio cõuenticula noſtra hominibus:qui tempora rerum agendarum a mathemathicis accipiunt.iam uero ut aliquid ĩchoetur aut edificiorum.aut huiuſmodi quorumlibet operũ diebus quos ægyptiacos uocant ſæpe etiam nos monere non dubitát:hic in decretis canonicis.xxvi.q.vii.præcipitur.ne obſeruentur dies qui dicuntur ægyptiaci.ne tẽpora aut lunæ curſus:quia quicũque has diuinationes obſeruat aut conſentit obſeruantibus.inutiliter ſine cauſa magis ad ſui damnationem qua ad ſalutem tendit:idem Auguſtinus.uolumine quinto de ciuitate dei uaniloquia mathemathicorum illudens o ſtultitiam inquit ſingularem:eligitur dies ut ducatur uxor.credo propterea quia poteſt in diem non bonum niſi eligatur incurri.& infœliciter duci.a nonnullis prædicatur quod quidam ſapiens horam eligit qua cum uxore concumberet.unde filium mirabilem gigneret.perſuaſum fuit ueteribus ex uana quadam ſuperſtitiõe menſem maium copulæ nuptiali eſſe infœlicem ac infauſtum.hinc illud poeticum.prouerbii uice celebratum menſe malum maio nubere uulgus ait.econtrario menſis Iunius nubentibus fœlix & accommodus exiſtimabatur:cauſa autem huiuſce ſuperſtitioſæ obſeruationis illa fuiſſe uidetur:q cum maius a maioribus natu nominatus ſit.Iunius uero a iunioribus:nuptiis haud dubie accommodatiores ſunt iuniores q̃ ſeniores.nã ut inquit poeta frigidus in uenerem ſenior.quod & Plutarchus refert in problematis. FVNDAmenta mœnium.ita ſua ſunt ciuitatibus fata:ſicut & hominibus:& antiqui non ſolum diem ſed & horam.& momenta captabant in auſpicanda urbium edificatione:quod ſatis liquet exemplo ſeleuciæ quo acciti ſunt magi qui diem & horam qua fundamenta urbis ſeleuciæ iaceret:eligerent:qui horam ementiti ſunt.uerum incumbenti fatali:hora.qua ciuitas illa erat ex edificanda opifices a nullo commoniti ultro ad opus aduolarunt urbis fundamenta iaciẽtes.Tunc magi cognito uim fati eſſe ineffugibilem a ſeleuco rege ueniam depræcantes fatalem inquiunt ſortem o rex ſiue bonam:ſiue malam neq; hominis neq; urbis fas eſt permutare:quædam enim urbium quemadmodum & hominum ſors eſt auctor Appianus in ſyraicis. QVI negociatori cõmodus.ſolent negociatores.uiatores nautici:negociationem.iter nauigationem auſpicaturi conſulere mathemathicum ſuper hora fœlici:tãquam alii dies & horæ aliis ſint fortunatiores ĩfortunatioreſq;.hinc ꝓgnoſtica illa maroniana.ipſa dies alios alio dedit ordine luna fœlices operum:& mox paulo:ſeptima poſt decimam fœlix & ponere uites.& prenſos domitare boues.& licia telæ addere.Nona fugæ melior.cõtraria furtis:heſiodus quoq; nouiſſimam menſis diem feriatam eſſe præcipit.& genialem.quarta die uxorem ducẽdam.octauam fœlicem eſſe caſtrationi.nonam plantationi.undecimam putationi.Compluraq; id genus cõmemorat:ex cuius tacemus uberibus uindemiam ſibi ſucculẽtam fecit maro noſter. OPpido mira:ualde miranda. INcredendam fabulam.ſignat ſibi a chaldeo prædictum fuiſſe quod in aſinum ex homine transfiguraret.& q libros hoſce de hac hiſtoria cõponeret.q res haud dubie icredibilis eſt:& uix apud poſteros inuenit fidem. REnidens.ridens.ita catullus.renidet uſquaq;:luatius papinii interpres.renidens exponit pro labra contrahens porphirio cõmentator oratianus enarrans illud ex ſermonibus.naſum nidore ſupinor.exponit nidorem pro riſu.unde inquit fit renideo.alias renidere.eſt ſplẽdeſcere. HAbitudine.habitu corporis.ut ante dictũ ẽ & corporatura. SVFfuſculus.facie nigrãti.& cũ tẽperamẽto modice declinante in fuſcũ colorẽ.hæc.n.particula ſub in cõpoſitione ut ſæpe diximus ſignificat tẽperamentũ. AIT.ſcilicet milo. OPtimas.lege optimas:ſignificat enim.Diophanẽ ſuis ꝑdictionibus opulentas mercedes.& uberes diuitias conſecutum eſſe.

ciuitatẽ reſpõſis:turbulenta & arcana fatorũ ſtipibus emerendis:edicit in uulgũ:qui dies copulã nuptialem adfirmet.q fũdamenta mœniũ ꝑpetuet.q negociatori cõmodus.q uiatori celebris.q nauigiis oportunus.mihi deniq; ꝓuẽtũ huius ꝑegrinatiõis inq̃renti:multa reſpõdit.& oppido mira.& ſatis uaria.Nũc enĩ gloriam ſatis floridã:nunc hiſtoriã magnã:& ĩcredẽdã fabulã:& libros me facturum.Ad hæc renidens Milo:qua inquit corporis habitudine præditus:quoue noĩe nũcupatus:hic iſte chaldeus ẽ?Procerus inq̃:& ſuffuſculus.Diophanes noĩe.ipſe eſt ait.nec ullus alius.Nã & hic apud nos multa multis ſimiliter effatus:nõ paruas ſtipes:imo uero mercedes optimas iã cõſecutus:fortunã

Chaldaici ſermonis ſalebra.
Turbulentat.
Stipes.
Stipendiarii.
Dies ægyptiaci.
Eligitur dies uxori ducendæ.
Maio malum nubere.
Iunius fœlix nuptiis
Fata ciuitatũ ut hominũ
Hiſtoria de origĩe ſeleuciæ.
Prognoſtica ex georgicis
Heſiodus
Renidẽs
Subfuſculus.

SEuerã an ſæuã.annominatio elegans ex dictionũ proximitate:q̃ eſt iter ſeuerã & ſæuã. CIRculo ſeptus.corona populari circũdatus.ſicut ſæpe uidemus circunforanos hoiẽs & pharmacopolas atq̃ uaticinos circunuallari turba uulgi ſatagentis ad huiuſmodi uaniloquia & præſtigias.q̃bus ſubinde illudunẽ & cũ diſpendio. FAta donaret.tãq̃ fata in manu ſint & poteſtate chaldei.ut illa diſponere poſſit prout uelit.Quod longe ſecus eſt ſi philoſophis credimus.qui tradũt fatũ eẽ imutabile in exorabile.in effugibile:quo ſtet & Iupiter ipſe.uel expone fata donaret.i.prædiceret ſingulis q̃ fata tã bona q̃ mala ſint futura ſingulo⁊.

Fatum ineffugibile

ſeueram:an ſæuã uerius dixerim: miſer incidit. Nam die quadam: cum frequentis populi circulo ſeptus coronæ circunſtantium fata donaret.Cerdo quidam nomine negociator: acceſit:eum diem commodum peregrinationi cupiẽs: quem cum electum deſtinaſſet illi. iam depoſita crumena:iam profuſis numulis:iam dinumeratis centum denariis.quos in mercedem diuinationis auferret:ecce quidam de nobilibus adoleſcentulus a tergo adrepens eum lacinia prehendit.& cõuerſus:amplexuſq; exoſculatur artiſſime. At ille ubi primum conſauiatus eum:iuxta ſe ut aſſideret effecit:atonitus & repentine uiſionis ſtupore:& præſentis negocii:quod generat:oblitus:infit ad eũ. Quam olim eq dem exoptatus nobis aduẽis? Reſpõdit ad hæc ille alius.commodum ueſpera oriente.ſed uiciſſim tu quoq; frater mihi memora: quemadmodum exinde ut de euboca inſula feſtinus enauigaſti:& maris & uiæ confeceris iter. Adhæc Diophanes ille chaldeus egregius: mente uiduus: nec dum ſuus. Hoſtes inquit:& omnes inimici noſtri: tam diram: immo uero ulyxeam peregrinationem incidant. Nam & nauis ipſa qua uehebamur uariis turbinibus procellarum quaſſata:

CERdo.græce cerdos lucrũ dicitẽ.unde cerdones dicti q̃ latino uocabulo lucriões noĩantur:ſunt aũt artifices ſordidi:quorũ frequens mentio apud poetas & Oratores:uulgo cerdonẽ uocitant ſutorẽ ueterũ calceo⁊:quem a Tranquillo diximus nuncupari ueteramentariũ. NOmine negociator.tãq̃ hoc noie appellitaretur: ab excellentia negociationis:ſic.n.ſolent aliquanti uulgo negóciatores nuncupari:quo noie non ſecus q̃ proprio noſcitãẽ. CENtum denariis.denarius ex argẽto erat.& ut ĩquit Plinius placuit ꝓ decẽ libris æris.ſicut quinarius ꝓ quinq;:poſtea Hannibale Romanos urgente placuit denariũ.xvi. aſſibus permutari.quinariũ octonis:in militari tamẽ ſtipẽdio ſemper denarius pro.x.aſſibus datus. nota denarii argentei ſuere:bigæ: atq; quadrigæ:& inde bigati quadrigatiq; dicti fuit & uictoriatus nũmus argẽteus.uictoriæ nota inſignitus.unde & nomẽ: hoc ideo annotaui quia mentionem ſæpe fieri inuenies uictoriati apud ſcriptores idoneos.

Cerdões Lucriões

Veteramentarius

Denarius.

Quinarius

Bigati.

Quadrigati.

uictoriatus.

Quos mihi cedẽ.corrige mercedẽ.ſignificat:n.ꝓ mercede diuinatiõis dinumeratos fuiſſe denarios:quos chaldeus auferret. Lacinia.parte ueſtis:de qua iã dictũ eſt. CONuerſus.lege & cõuerſum amplexus:eſt.n. ſenſus cõuerſum eẽ chaldeũ expreſſiõe laciniæ:quẽ amplexatus ẽ adoleſcentulus. PRAEſentis negocii oblitus.iopinatus amici ſuperuẽtus ſæpe cãs ẽ.ut p̃ſentis negocii:qđ gerimus obliuiſcamur.qđ accidit chaldeo:q attonitus.ſtupefactuſq; uiſiõe repẽtina amici adoleſcẽtuli oblitus eſt pecuniã capere quã cerdo dinumerauerat. INfit.loqtur:alias icipit.Virgilius iſit eo dicẽte deũ domus alta ſcileſcit. ILle alius.aduleſcẽtulũ ſignificat:q lacinia ꝓhẽderat chaldeũ:q dixit ſe aduenisſe ora ueſpertina tũc primũ exoriẽte:hoc.n.ſignificat cõmodũ.ſuperq̃ dictiõe iã ſatis ac ſuper. FRAter.nomen affectus & charitatis.certe quotiẽs blãdiri uolumus amicis nulla adulatio procedere ultra hoc nomẽ poſt:q̃ ut fratres uocemus. EVboia inſula.boetiæ auulſa euboia ẽ ante uocitata calchodotis & macris:ut Dionyſius & ephorus tradũt dicta quoq; chalcis ẽ ære ibi primum repto.qđ græce chalchos dicitẽ a poetis abãtias noiata. MENte uiduus.ꝓ uiduatus.i.priuatus.ſignificatẽ ãt ipos mẽtis iſenſatus ac brutus:cõpar elocutio ẽ illa oratiana:uiduus pharetra riſit apollo. VLYſſeã peregrinationẽ.iter duras & erũnoſas peregrinatiões iprimis memoratẽ.ulyſſis peregrinatio q diutino errore uexatus ptulit illa oĩa decẽnali pegrinatiõe:imo ut uerius loquar naufraga iactatiõe:q̃ i odyſſea canit Homerus. ut merito ulyſſes exẽplũ ſit tolerãtiæ & labo⁊:& ulyſſea pegrinatio ꝓ laborioſa accipiatẽ:ac plẽa periculo⁊. TVRbinibus ꝓcella⁊ quaſſata.uẽtus circũactus & eũdẽ ambiẽs locũ ac ſe ipſa uertigine cõcitãs turbo eſt auctor Seneca libro.v.quæſtionũ.Apuleius noſter in coſmographia breuius turbo inquit dicitur qui repentinis flabris proſilit atq; uniuerſa ꝑturbat de quo Plinius turbinẽ uocãt proximã quæq; proſternentẽ.procella uero fit ex flatibus.ui maiore cõtortis q̃ uocatẽ a græcis Ecnephias de q̃ Ariſtoteles in tertio meteoro⁊ Plinius & cæteri procellã ab eo q̃ oĩa percellat dictã eẽ autumãt grãmatici.quæ a Seruio diffinitur uis uentorum cum pluuia:qui & turbinem exponit uim eẽ uẽtorum:ſed hæc ex ſecretariis philoſophorum magis eruenda ſunt q̃ ex promptuariis grammatiſtarũ.

Fratris nomen amabiliſſimũ

Euboia chalcis. ære.

ulyſſea peregrinatio.

Turbo

Procella

Ecnephias.

utroq; regimine amiſſo:egre adulterioris ripæ marginē detruſa:præcipitio demerſa eſt.&nos oibus amiſſis uix enatauimus:quodcūq: uel ignotorū miſeratione. uel amicorū beniuolentia extraximus.id omne latrocinalis inuaſit manus. quorū audatie repugnans etiā noīe Ariſuatus unicus frater meius ſub iſtis oculis miſer iugulatus eſt.Hæc eo adhuc narante mœſto:cerdo ille negociator correptis numulis ſuis. quos diuiationis mercedi deſtinauerat: protinus aufugit.ac dehinc. tunc demū Diophāes expergitus. ſenſit ipuditiæ ſuæ labē.Cū etiā nos oēs circunſecus adſtantes : in clarum cachinnū uideret effuſos.Sed tibi plane Luci domine: ſoli omnium chaldeus ille uera dixerit. ſiſq; fœlix. & iter dexterum pergas.Hæc Milone diutine ſermocinā te:tacitus ingemiſcebam. mihiq; non mediocriter ſuccenſebam:q; ultro inducta ſerie in opportunarum fabularum:partem bōam ueſpere:eiſq; gratiſſimum fructum amitterem.& tandē denique deuorato pudore: ad Milonem aio.ferat ſuam Diophanes ille fortunam & ſpolia populorum rurſum conferat mari pariter ac terræ.mihi uero fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio:da uēiam maturius concedā cubitū.Et cum dicto

Clauus VTROq; regimine.remotū:& uelorū.hoc.n.duplex ē nauiū regimē.clauus quoq; qđ gubernacu
guberna lū eſt nauigii:quē rector tenet regimē eſt nauticorū:ex quo illud.dū clauū rectū teneā.& illud ſedeba/
culum. mus in puppi clauūq; tenebamus. DEtruſa.trudes uocant quibus inherens ſaxo nauigiū trudi &
Trudes. retrorſum reuocari pōt:de qbus poeta æratasq; trudes & acuta cuſpide cōtos expediūt. VEL igno
torū miſeratiōe.ex affectu dictū.cū ēt ignoti & alieni hoies miſeratiōe q̄dā proſequanť naufrago:&
liberalitate refoueant:tunc.n.ut ſaluberrime percipit perſius.de ceſpite uiuo frange aliqd largire iopi
ne pictus oberret cerulea in tabu/
la. QVOrū audatia.attēde elo/
cutionē.nā cū præmiſerit miſeriæ
latrocinalis māus:ſubiunxit quo
rū.intelligi uolens latronū.e con/
trario Saluſtius.ſed ante itē pauci
cōiurauere cōtra rē.pu.in quibus
catilina fuit.de q̄ q̄ uetiſſime po/
tero dicā:nā cum dicere debuiſſet
de qbus.ſ.cōiuratoribus dicā:ſubí
tulit.de qua.ſ.cōiuratiōe. SVB
iſtis oculis.cū oculorū ſenſus ac/
cerrimus.ſit acerbiora impendio
ſunt:q̄ uidemus:q̄ q̄ audimus.hic
illud quæq; ipſe miſerrima uidi:
& quorū pars magna fui. EXp/
gitus:excitatus.& euigilās. CIR
cunſecus:ex oi parte circunſtātes.
SENſit labē.ex hoc cōmonefa/
Aſtrolo/ cit nos apuleius:aſtrologis & chal
gi in pro deis non ēē credēdū:qui in alienis
priis ne/ negociis uideri uolunt oculatiſſi/
gociis tal mi:cū in ſuis rebus ſint hebetes &
pæ. talpæ. q dū abdita fata ſcrutanť:
q̄ ſunt ante pedes nō proſpiciunt
fiuntq; ridiculi. LVci.ait milo
Salutato ad apuleiū ſe optare ut illi chalde/
rius ca/ uera dixerit:& ut apuleiana pere/
ſus. grinatio ſit fœlix & fortunata. lu/
Honori/ ci autem uocatiuus eſt caſus quē
fica p̄no/ antiqui ſalutatorium dixerūt. no
minis ap minať autē Apuleius.ſiquidē honorificētior appellatio ſit per p̄nomē:q̄ p nomen.hinc illud Oratia/
pellatio nū Quinte puta aut publi.gaudēt p̄noīe molles auriculæ.liber ut inqt Quītili.in.vii.hēt p̄nomē. No
Perſius. mē.Cognomē.qbus caret ſeruus.ideoq; pſius cū de libertate p manumiſſionē facta loq̄retur.ſatyri/
Lucius a ce dixit:momēto tēporis exit Marcus dama.& mox paulo.Marcus dixit ita eſt aſſigna marce : tabel/
luce. las:ſeruus.n.manumiſſus repēte p̄noīe patrōi inſigniť nominaturq;.Lucius autē p̄nomē eſt apud ro/
Manius. manos frequēs a luce dictus.Nā qui Luci natus eēt Lucius:ſicut q mane manius dicebať auctor.M.
Nomen Varro.gens domitia p̄nomina nulla præterq̄ Cnei.& Lucii uſurpauit:Nam primū ſecundūq; ac ter/
domini tium.ænobarborum Domitiorum.Lucios continua ſerie nominatos accepimus. DOmine.hono
ut male/ ris cauſa dominum appellat:Auguſtus tamen ut in cōmmentariis.Suetonii Annotauimus domini
dictum. appellationem.ut maledictum & obprobrium ſemper exhorruit.Dominumq; ſe ſerio uel ioco ap/
Domina pellari prohibuit.Alexander quoq; Romanus imperator dominū ſe dici uetuit & ſane dominatio &
tio prin/ prīcipatus diuerſa natura ſunt:ut docet Pli.panegyriſta nec aliis eſt prīceps gratior:q̄ q maxime do/
cipatus. minū grauenť:ſcribit Seneca in epiſtolis moralibus.qđ relatu ſcituq; dignū eſt obuios ſalutari a no/
Domi/ bis dominos ſolere:ſi nomen nobis non ſuccurrit:ex quo doctus uidetur ſenſus ille epigrammatarii
nos ſalu/ poetæ.cum te non noſcem dominum regemq; uocabam. PORrigas.lego pergas : optat enim ut
tamus pergat iter dextrum hoc eſt proprium & fauſtum.dextrum enim paſſim uſurpať.pro proprio & ꝓ
Igneros. ſpero. SVCcenſebam.iraſcebar mihi ipſi:ſuccenſere iraſci eſt iuſta de cauſa. VEſperæ. horæ ue/
Dextrū ſpertinæ. FRVctum.cōcubitū cōplexuq; ſotidis ſignificat. CONferat mari ac terræ.cū ait mari
ꝓſperū. referť ad naufragiū:quo in mari diophanis nauis turbinibus procellarū quaſſata rebus oibus amiſſis
Acopa. demerſa eſt terræ uero inquit propter latrocinalē manum q̄ in terra inuaſit reliquias diophanis bo/
medica/ norū. Fatigatiōis ſaucio.Noua locutio.ut dicas ſaucius fatigatiōis heſternæ.pro eo qđ eſt defeſſus
menta. labore peregrinationis pridiāæ.Medici & Plinius noſter acopa appellāt medicamētā laſſitudinis ipo
acopis ſito ex re uocabulo.hinc acopis quoq; gēma dicta ē cū q̄ oleū ſuffer uefactū punctis laſſitudinē ſoluit.

faceſſo.& cubiculū meū cōtēdo.Atq; illic deprachēdo epularū diſpoſitiōes ſatis cōcinas.Nā & pueris extra limē credo ut arbitrio nocturni gānitus ablegarētur : humi:q̄ procul diſtractū fuerat grabattulū meū . aſſiſtit mēſula cœne totius honeſtas reliqas tolerās: & calices boni:iam infuſo latice ſemi pleni ſolā temperiē ſuſtinētes.& lagena iuxta orificio ceſim de aſcēto pateſcēs facilis auritu.prorſus gladiatoriæ ueneris antecœnia. Cōmodū cubuerā:& ecce Fotis mea iā domina cubitū reddita:iacta proximat roſa ſerta.& roſa ſoluta ī ſinu

FAceſſo.Abſcedo in cubiculū.Alias faceſſere ē facere ut illud iuſſa faceſſunt. NAM & pueris.Sēſus ē Seruius iſtratū fuiſſe lectulū extra limē cubiculi ſui:ſibi uero ꝓcul ab his.ne illi ſubauſcultare poſſent nocturnas coeūtiū uoces:ex Luciāo ſumptū q̄ græce ait τοῖς μὲν παισὶ ἔξω ὑπὸ ποτοῖς.i.ſeruo extriſecus ſtratus erat lectus:appellatiōe āt puerorū ſeruos ſignificari qs ignorat:ex quo illd Plautinū pueri mēſam appōite.& illud puere pulta.ide apud priſcos marcipores.& publipores nominati quaſi pueri hoc ē ſerui marci & publii. ARBItrio.ſpeculatu cōtēplatuq;.Arbitrari eni ē ſpectare Plautus ne arbitri dicta nra abitrari q̄ant:hinc arbitrū uocamus iudicē q totius rei habeat arbitriū & facultatē quia ſcilicet arbitrat̄ hoc eſt ſpectat & explorat diligenter cōtrouerſiā litigatorū & arbitriū dr̄ ſententia: quæ ab arbitro ſtatuit̄.& arbitrariū cū adhuc res ap̄ arbitrū gerit̄.quidā qui nō legere quæ a Luciano ſcripta ſunt : ꝓ pueris emendarunt prius. Alii ut pueri:ſed male cū ſententiæ Luciani. Vnde hæc mutuat̄ noſtra lectio ad amuſſim quadret. pōt & hoc de pueris extra limen non in docte neq; ineleganter referri.ad ſeruulos liminis cuſtodes:quos liminarchas uocāt.de qbus ſenſiſſe uidet̄ ſilius in primo punicorum famuli turbato ad limina ſoni no expauere trucem per uaſta ſilentia uocem.Vbi famuli ad limina ſignantur liminarchæ hoc eſt liminis ꝑfecti cubiculiq; cuſtodes: Attamen apud iuriſconſultos titulo de muneribus & honoribus liminarchæ ponuntur ꝓ militibus.qui imperii limitibus atq; confinio ꝑficiuntur:quos limitarchas dicere poſſis . quaſi limitū ꝑfectos.qui & limitanei nominantur ab hiſtoricis.uolumine quoq; codicis imperatorii.xii. mentio fit de limitaneis militibus & limitaneis agris.Vbi limitanei agri dicunt̄. qui ſunt in limitibus. hoc eſt collimitio.atq; confinio collocati:Limentinum deum uocant:qui limini præeſt . Quam procul diſtractū.Videtur legendū diſtractum.ut a ſternendo diſtratum intelligas.non a diſtraendo diſtractū ut ſit ſenſus.ſtratū fuiſſe lectū & menſam pueris q̄ procul a grabato.Apulei. ASSIſtit mēſulæ. Lego menſula.ut ſit rectus caſus.& hoc tonī colon cū inferioribus iungendū grabatulū meum aſſiſtit menſula.Eſt enim ſenſus.grabatulo aſſiſtebat menſula.Cum reliquiis cœne & poculis:ex Luciano.totum qui ſic ſcribit τράπεζα δὲ τῇ κλίνῃ παρεστήκει ποτήριον ἔχουσα : καὶ οἶνος αὐτοῦ παρέκειτο:καὶ ὕδωρ ἑτοῖμον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν hoc eſt menſula iuxta lectum aſtabat . poculum habens.& uinum adiacebat.& aqua frigida atq; calida erat in promptu. LAtice.Latex dicitur omnis liquor.Vnde & latex uini.Latex aquæ.olei abſinthii.apud poetas frequentiſſime.hic laticē ꝓ uino accipimus ſignificat enim calices bonos hoc eſt capaces ſemiplenos fuiſſe infuſo uino ꝑparatos ad temperiem aquæ ſuſtinēdam:mos enim fuit ueterum.modo frigida:modo calida aqua mixta potiones temperare:ex quo illud epigrāmatarii.frigida non deſit.non deerit calda petenti. Itē me cōuiua leget mixto quicunce ſed ante incipiat poſitus q̄ tepuiſſe calix:& apud ſatyrographum . Calide gelideq; miniſter.M.officilius comediarum hiſtrio cum in cœna calidam potionem in pultario popoſciſſet repente expirauit rigens.nullo ſentiente:Donec Accubantium proximus tepeſcere potionem admoneret. LAgena.ποτήριον idest poculum ſignificat.hoc eſt uas uinariū: Quintiliāus occidiſſemus te niſi nos lagena defeciſſet:Diminutiuū eſt laguncula:Plinius ī epiſtolis.proinde cum uenabere licebit auctore me ut panariū & lagunculā:ſic etiā pugillares feras. OFFIcio ceſſim. Mendoſiſſimus locus.q ut ſentio ita emendādus eſt.orificio ſenſin dehiſcēte pateſcēs: ſignificat eni lagenā fuiſſe ī orificio.& in ſumma parte patentiorē in imo anguſtiorē.ſicut ſunt pleraq; id gēus uaſa uinaria.Ex quibus faciliorē hauſtus:Igitur pateſcebat lagena & patula fiebat ſummo orificio dehiſcēte ideſt ſe ſe expandente atq; aperiēte:ſenſin tamē ob uenuſtatē.Orificiū autē dicimus ut opificiū ab ore.eſt enim ſummū os.& hiatus ac pator:ſcribit Macrobius duo eē uentris orificia.quorū ſuperius erectū recipit deuorataq;.& in fallē uentris recōdit.īferius uero demiſſum īteſtinis adiacentibus īſerit̄.& īde uia eſt egerendi. ANTEcœnia.Nouator uerborū nō minus elegāter q̄ licenter:appellat lagenā ueneris antecœniā: tanq̄ ꝑguſtatio quædā ſit & ꝑludium.ac præparatio ad paleſtrā ueneriā exercendam.uinum enim ſubſequitur libido.Nam ſine cerere & baccho friget uenus:Vnde Oratius ſcitiſſime crateram uini ſodalem ueneris appellat:Dicitur autem antecœnia quaſi antecœnam ſumpta dictione compoſita ex integro & corrupto:ſicut Marcialis finxit.Domicenium quod domicenare ſignificat. VEneris gladiatoriæ.Tanq̄ paleſtra ueneris ſit pugna quædam gladiatoria. & amatores in concubitu prælient̄ atq; confligant. Commodum.Vix.tunc primum. ROſa ſerta.Lucianus. τῶν στεφάνων τῶν ῥόδων πολλὰ καὶ τὰ πάστα.idest roſæ multæ perſtrata ſpargebantur.

pueri ſerui.
marcipor publipor.
arbitrari
arbiter.
arbitriū.
arbitrarium.
Liminarchæ.
Famuli ad limia.
limitanei milites.
limitanei agri.
limētius deus.
lagena.
lagūcula.
orificiū.
duo uentris orificia.
antecœnia.
cratera ſodalis ueneris.
domicenium.

tuberante: ac me preſſim deoſculato: & corollis reuinċto. ac flore proſperſo: arripit poculum ac deſuper aqua calida iniecta: porrigit bibam. idque modicum. prius q̃ totum exorberem: clementer inuadit. Ac reliċtum paulatim labellis minuens: meq; reſpiciēs ſorbillat dulciter: ſequenſq; & tertium inter nos uiciſſim & frequens alternat poculum. Cum ego iam uino madens: nec animo tantum: uerum etiam corpore ipſo ad libidinem: inquiens alioquin: & petulans: etiam·

TVBErante. Tumeſcente. Roſæ eni ſolutæ in ſinu & gremio extuberare ac tumeſcere uidenť. ꝓuerbiũ uetus obiter referendũ eſt. quod ait. nec mulieri. nec gremio credi oportere. Cum & illa icerti & leuis animi ſit: & plerũq; in gremio poſita. cum obliuionem uenerunt exurgentium procidant. PRESſim. cũ preſſura. quod amãtium eſt ut ſcilicet oſcula inſignant imprimãtq; ꝓſſis labellis ad uerbiũ eſt. COrollis reuiċto. Hoc totum amatoris ſpecimē eſt & argumentũ: Vt coronis amator ab amica reuinciať: ac floribus oppleať. Sutiles coronæ ut auctor eſt Plinius. ſolemnes in cœnis fuerunt. & in potu atq; hilaritate ꝓcipue uſurpabanť. Interdũ & coronas ipſas bibebãt: Quod exemplo Cleopatræ ſatis liquet: quæ in conuiuali hilaritate iuitauit Antonium. ut coronas biberẽt: ſtrophia. Antiqui appellarunt: Vnde nata ſtrophiola. Cum uero ex floribus fierent ſerta a ſerẽdo ſeruiæ appellabantur: a coronis corollæ diminutiuo uocabulo ꝓpter gracilitatẽ nominatæ. Vnde & corollaria de quibus apud Tranquillũ copioſius. & mox ſuo loco dicemus. AQua calida iniecta. Dudũ diximus: ꝙ mixtura calidæ pocula temperabanť. omnem decoċtã aquã utiliorẽ eſſe: conuenit. Itẽ calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo inuento. ut tradit Plinius noſter libro. xxxi. Neronis pricipis iuentũ eſt detorq̃re aquã ultroq; demiſſam in niues refrigerare: Ita uoluptas frigoris contigit ſine uitiis niuis. hic illa in deſerpatiõe apud Suetonium uox. hæc. ẽ decocta Neronis. PAVlulati. Minutati. & ut inqt Plautus ducti. qđ cũ quadã iterbibendũ cũctatione a potoribus fieri ſolet. SORbiliat. Sorbillo haurir plautus in penulo. hem mihi iã uideo ꝓpe uicti tãtũ ſorbillo. hoc eſt ſorbitiõe: ex animãtibus alia ſugũt: alia iãbunt. alia ſorbẽt. appius auferius repentina morte obiit cũ ſorberet ouũ. ouũ ſorbile uel molle ĩbecilliſſimæ materiæ ẽ. ut inqt celſus. q craſſiorẽ quoq; pituitã fieri tradit ouis ſorbilibus. SEquẽs. & tertiũ. Prima uini cratera ad ſiti ꝑtinet. Secũda ad hilaritatẽ. Tertia ad uoluptatẽ. Quarta ad iſaniã. nihil ſic inflãmat medullas. & titillat mẽbra genitalia ſicut uinũ. Cui natura eſt exauſto accẽdendi calore uiſcera intus: quo nihil eſt ꝑnitioſius ſi modus abſit: gloriã bibẽdi uirtute parthi q̃rũt. famã hic apud græcos Alcibiades meruit Cicero. M. Ciceronis illius inclytiſſimi oratoris filius auidiſſime apphendit gloriã ebrietatis: qui binos congios ſimul haurire ſolitus erat: a quo olĩ Marcido ac temulẽto ſciphus ĩpactus eſt. M. Agrippe: prouerbium uetus eſt. ſapientiam uino obumbrari: quo nihil poteſt eſſe fedius. cum uino mens hominis obbruteſcat. Et uertigine caliget. Libet interdum talia tranſcurſu interſpargere ad caſtigãdos non paucos: qui ad uina perdenda geniti ſunt: qui ob hoc tantum ſe natos eſſe arbitranť ut bibãt: Quod olim de bonoſo imperatore Romano Aurelianus diċtitabat: non ut uiuat iquit natus ẽ ſed ut bibat. qui bibit quantum hominum nemo: In quo fuit hoc mirabile. ut quantum bibiſſet tãtum mingeret: qui cum laqueo uitam finiuiſſet. talis extitit iocus Amphoram pẽdere non hominẽ: Fuit quidam ex numero phagonum ſiue comedonum quo uehementiſſime delectatus eſt Aurelianus. qui ut refert Flauius uopiſcus bibebat infundibulo plus orca: eſt ãt ĩfundibulũ ut id quoq; trãſeũter Annotemus iſtrumentũ uinariũ: quo uinũ in dolium infundiť. præcipit Cato. ut uilicus habeat infundibula duo. Legitur in monumentis hebreorum quoſdam eſſe ex his qui audiunt ſapientem. ſimiles infundibulo: Tales nihil continere: qui ſicut ĩfundibulum quantũ hauriunt tantũdem tranſmittunt. Orca autem uas eſt ficariũ teres atq; uniformi ſpecie dicta a ſimilitudie orcæ marinæ beluæ. ꝓcipit Columela in orcas picatas meridiano tempore calentem ficum condi & calcari diligẽter oportere: Plinius quoq; in. xv. ubi copia inquit ficoꝝ abundat iplenť orcæ. M. Varro orcam capit pro uaſe uinario. cum in primo de re ruſtica ſic ſcribit. quod ſæpe ubi condıtũ nouum uinum orcæ. ut in hiſpania feruore muſti ruptæ: nec non & dolia. ut in Italia ne uinum prolueret: apud ꝑſiũ pro uaſe ſalſamentoꝝ capitur illo uerſu. Menaq; ꝙ nõdum prima defecerit orca. & hæc notiora. illud remotius: orcã dici uaſculum aleatorium: quo conieċtæ agitatæq; teſſeræ & tali mittunť in aleam. ad euitandas aleatorum impoſturas. a Marciale diciť turricula. ab Oratio pyrgus. In hoc ſignificatu accipiť apud perſium. ſic ſcribentem. Anguſtæ collo non falier orcæ. Vbi grãmatici meras nugas effutiunt: huic ſententiæ noſtræ euidenter aſtipulať illud Pomponii. Iterum dum contemplor orcam taxillos perdidi. CORpore ipſo. Aliquando ut inquit uériſſime Auguſtinus cum in animo cõcupiſcentia ferueat. friget in corpore: & ille libidinis motus deſtituit ĩhiantem: ex quo fit ut libidini libido non ſeruiat. Nunc. ait Apuleius & animo & corpore ſe ſe ad libidinem fuiſſe incitatiſſimum.

INquiens. Lege inquietus. uel inquies. ut Antiqui diċtitabant: quo uocabulo idem ſignificatur quod inquietus. & eſt adieċtiuum. Liuius. iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum; & potuiſſe ſe deſinere in

Nec mulieri nec gremio credẽdũ.
Preſſim.
Sutiles corouæ.
Coronas biberant
Strophia
Seruiæ.
Corollæ.
Aquam niuibus refrigerare.
Decocta neronis.
Sorbillare.
Mors ſorbẽtis ouũ
Onum ſorbile.
Cicero filius bibax.
Sapientiã uino obũbrari
Vt bibat natus bonoſus.
Amphorã pendere nõ hominem.
Phagões
Infundibulum.
Dignum ſcitu.
Auditores ſimiles infundibulo.
orca.
orca aleatoria.
Locus ꝑſii.
Inquies animus.

Animus inquies paſceretur opere: a Plinio dicitur inquies pro inquietudine: ſi mō fas eſt latino hoī inquietudinē uſurpare: ſic eni īquit in .xiiii. furiales ſomni & iquies nocturna. SAVtius īguinū ꝓ īguinibus: figurate locutus ē. Veteres eni genitiuū pro ablatiuo frequenter uſurpāt: ut pſtans Animi felix animi ita & Sautius inguinū dicitur oppido q̄ eleganter habēs īguina tumētia: ſicut eni mēbra in hoīe ſautio intumeſcūt: ſic Sautius inguinū dicitur: cuius turgēt genitalia, ex libidinis deſiderio. Oratius tumēt tibi cū inguina: Sine: Terſior lectio ē ſane. SIne finali officio. Tāq̄ nullus finis uene/ris prelii eſſet futurus: quidam le/gūt ſine feriali officio: quod peri/de ē ac ſi dicas ſine ceſſatiōe: uer/bū ē iuriſcōſultoꝝ ut in cā finali. ARcū meū. Perſtat ī trāſlatiōe, nā cū ꝑmiſerit ſagittā cupidinis q̄ ille amatores ferit merito ſubſ/tulit arcū tetendi: quod plane re/ferēdū eſt ad genitalia: quæ uigo/re nerui inſtar arcus tēdunt. ſcri/bit Plinius camelino genitali ar/cus itendi a populis orientis. Ad cōſimilē ſignificātiā alluſit Oui/dius cū ait in carmine ob ſceno. Nemo meo melius neruum ten/debat Vlyſſes: ſiue illi lateram: ſeu fuit artis opus. Itē in amoꝝ uolu/minibus. Penelope uires iuuenū tentabat in arcu: qui lacus argue/ret comeus arcus erat. Nā cū de ar/cu ſimplicius loqui uideat: quē proci tendere nequiuere. & ſolus Vlyſſes tetēdit, ꝓut latiſſime cāit Hōerus tamē occulte alluſit ad arcū & neruū. gēitaliū de quo ner/uo Oratius. Cuius in indomito cōſtantior iguine neruus. ET oppido formido. Valde timeo.

Inquies
aius.
Inqes no
cturna.
Sautius i
guinum
arcum tē
dere ī ob
ſcena ſi/
gnifica/
tiono.
Ouidius
de arcu.

ſautius pauliſper inguinum ſane: lacinia remota im/patientiam ueneris Fotidi meæ monſtrans: miſerere inq̄. & ſubueni maturius. Nam ut uides: prælio quod nobis ſine finali officio indixeras: iam proximante ue/hementer intentus: ubi primam ſagittam ſeui cupidi/nis ī ima præcordia mea delapſam excœpi: arcū meū & ipſe uigore tetendi. & oppido formido ne neruus ri/goris nimietate rumpatur ſed ut mihi morem plenius geſſeris: ineffuſum laxa crinem: & capillo fluente un/dātur ede cōplexus amabiles. Nec mora: cū omnibus illis cibariis uaſculis raptim remotis. laciniis cunctis ſuis renudata: crinibuſq; diſſolutis ad hylarem laſci/uiā: in ſpeciē ueneris: quæ marinos fluctus ſubit pul/chre reformata: pauliſper ēt glabella fœmia: uel roſea palmula potius obumbrans deinduſtria: q̄ tegens: ue/recūda preliare inquit: & fortiter preliare. Nec enī ti/bi cedam nec terga uortam. cominus in aſpectū: ſi ui/res dirigere. & graſſare gnauiter. & occide moriturus. hodierna pugna non habet miſſionem. Hæc ſimul di/cens: ī nſcenſio grabattulo: ſuper me ſenſim reſidēs: ac

IN effuſum laxa crinem. Petit a fotide: ut comam ſoluat ut capillos habeat effuſos diſſolutoſq;: q undāter fluāt: uerbū eſt iperantis. laxa. LAciniis renudata. Exutis ueſtimentis oībus. etiā iterula. ſiue camiſia depoſita. In amore enī uix ulla etiā nuda ſat nuda eſt. In ſpeciē ueneris reformata: Laus magna photidis. cuius nudæ formā cōparat ueneri. q̄ nuda ſubit marinos fluctus. & nuda illic exit, ut pote ex maris ſpūa genita: Venerē nudā e mari exeuntē pīxit appelles: q̄ Anadyomene uocaẗ: quo opere nihil abſolutius iudicāt eruditi: Anadyomenæ āt græca appellatiōe dr̄ emergēs. ſiue exiēs. ſiue egrediēs ex mari. Glabella: Delicata. & leuore cutis uenuſta. glaber & ꝑ diminutionē glabellis dr̄ le/uis politus & ſine pilis. Verbū uetus eſt deglabrare. qđ ſignificat depilare & glabrum facere. glabreta. Antiq loca dixerūt. q̄ſi caluata: q̄ fruticibus nuda ſunt. ut pote nihil gignētia. q̄ græci phalacras uocāt a ſimilitudine caluitii. qđ phalacrō dicūt. Vnde phalacrocoraces calui corui hinc apud Suetoniū ui/cus in quo natus eſt Veſpaſiāus phalacrine nomē dixiſſe uideri pō. qđ ea loca eēnt phalacra hoc eſt calueta ſiue glabreta. Ideſt fruticibus uiduata. & penitus ſterilia q̄uis incōmētariis cōiectatorie tradi/derimus nomē phalacrine īditū uideri poſſe ex eo ꝙ hoīes calui illic naſcerenẗ: quos græci φαλακρο/υσ uocāt. De glabretis ait Columella. & glabreta ſignis adhibitis notari cōuenit. ut ſuo tēpore eiuſ/modi uitiis medeamur. ab eodē decenter dr̄. glabreſcit area. ꝓ eo ꝙ eſt fit glabra & ſine herbis. q̄ te/gēs uerecūdia: Lego uerecūda. ut ſit ſenſus photidē. manu ex pāſa nō tā texiſſe q̄ obūbraſſe uerecūda hoc eſt genitalia: qui mos eſt mulieribus ꝑpe peculiaris. ut pudēda conſpici nolint: quoꝝ mēbroꝝ nuditas erubeſcēda: & ut auctor ē Auguſtius uolumine. xiiii. de ciuitate dei. oēs gētes adeo tenent in uſu pudēda uelare: ut qđā barbari illas corporis partes. nec ī balneis nudas habeant: ſed cū eaꝝ tegu/mētis lauēt: apͬ Romāos nudi iuuenes corpora ī cāpo exercētes pudēda opiebāt: Vnde ita ſuccictos uulgus cāpeſtratos appellat. PREliare. Cogreſſu. ſ. & pugna uenerea. NEC terga uortā. Trāſla/tio a bellatoribus. qui cominus & aduerſo pectore depugnāt: neq; tergiuerſantes. neq; cedētes: cum eius ſit terga uertere. q timidus ē: & fugere malit q̄ mori. MISſionē. Hoc ē qđ ſupra dixit ꝑliū no/bis ſine finali offō idixerat: pſtat ī metaphora ꝑlii militaris. GRASſare gnauiter. Strenue depugna. Graſſari antiqtas ꝑōebāt ꝑ adulari. nō latrociale uerbū ē. nā graſſari dr̄ latrōes uias obſidētes uide/licet ab īpetu gradiendi. Vnde graſſatores dicti & graſſatura. mars & luna ī. viii. ab horoſcopo loco

anadyo/
mene ue
nus.
Glaber
Glabel/
lus.
Degla/
brare
Glabret
Phalacra
Phalacra
coraces. o
Phalacr
caui.
Glabre/
ſcit.
Pudēda
uelari.
cāpeſtra/
ti
Graſſari
Graſſa/
tor
Graſſa/
tura.

crebra ſubſiliẽs: lubriciſq; geſtibus mobilẽ ſpinã q̃tiẽs
pẽdule ueneris fructu me ſatiauit. uſq; dũ laſſis aĩs: &
marcidis artubus defatigati: ſimul ambo corruimus:
ĩter mutuos amplexus aĩas anhelãtes. his & huiuſce-
modi colluctatiõibus ad cõfinia lucis uſq; p uigiles egi
mus: poculis ĩterdũ laſſitudinẽ refouẽtes & libidinẽ ĩ-
citãtes & uoluptatẽ ĩtegrãtes. Ad cuius noctis exẽplar
ſimiles adſtruximus alias pluſculas. Forte q̃dã die me
cũ magnope Byrrhena cõtendit: apud eã cænulæ ite-
reſſem. & cũ ĩpendio excuſarẽ: negauit ueniã. Ergo igi
tur Fotis erat adeũda: deq; nutu eius cõſiliũ: uelut au-
ſpiciũ petẽdũq; q̃q̃ ĩuita q a ſe ungue latius digrede-
ret: tamẽ cõiter amatoriũ militiæ breuẽ cõmeatũ idul
ſit. Sed heus tu ĩqt caue: regrediare cæna maturius. nã.

ſimul collocati graſſatorẽ efficient: qui latrocinãtem manũ profuſione ſanguinis cruẽtabit. Interdũ
Gnauiter — graſſari honeſta ſignificatiõe ſignificat ire & gradi: ut illud ſilii italici graſſandũ ad clara piclis. & Sa-
luſtii. aĩus ubi ad gloriam uirtutis uia graſſatur habunde pollens potenſq; & clarus eſt: gnauiter au-
Nauiter — tem dicitur induſtrie ſtrenue. celeriter. quod & nauiter: cuius contrarium eſt ignauiter: Nauus autẽ
Nauus — celer ac ſtrenuus a nauiũ celeritate dictus. grãmatici ꝓthesin figurã appellãt: quãdo appoſitio q̃dam
Protheſis — litteræ fit ad prĩcipiũ dictiõis. Vt gnatus pro natus. gnauus pro nauus. gnauiter pro nauiter. Noti-
quit erant. M. Tullius & naui. &
nari: quibus cum in præponi de-
bet dulcius uiſum ẽ ignoti. igna-
ui. & ignari dicere q̃ ut ueritas po
ſtulabat. CREbra. Crebro no-
men ꝓ aduerbio. Virgilius. & pe
de terrã crebra ferit. MObilẽ ſpi
nã quatiens. In te uenerea exigit
motus & agitatio: ut illæ merito
dãnẽtur q̃ ĩmobiles iacẽt. hẽt enĩ
mobilitas illa neſcio qd̃ ĩcentiuũ
& illiciũ. efficitq; uenerẽ uiris cõ-
cinniorẽ: ex quo ẽ illud Epigrãma-
tiſtæ. nec motu dignaris opus nec
uoce iuuare. Cõtra ſapho ouidia-
na ĩqt crebraq; mobilitas aptaq;
Lucretius. — uerba ioco. Lucretius motũ illũ
ĩ cõcubitu efficere ait uenerẽ cõ-
cinniorẽ. q tamen ſic cã ne fœmi-
næ cõcipiãt. ſic enĩ refer in quar-
Spina lõgũ cerebrum. — to. idq; ſua cã cõſuerũt ſcorta mo
ueri. ne cõplerent crebro grauidæq; iacerẽt: & ſimul ipſa uiris uenus ut cõcinnior eſſet: ſpĩa aũt dor-
ſualis a medicis lõgũ cerebrũ uocat. ex ſpinali medulla pudẽtis atq; ẽt matrici: ut ſuũ miniſteriũ iple
Pẽdula uenus. — ant nerui miniſtrãt. PENdulæ ueneris. Elegãter pẽdulã uenerẽ uocat. q̃ fit a fœĩa ſupſtãte: de quo
cubitu ĩnqt Ouidius parua uehat equo qd̃ erat lõgiſſima. nũq̃ thebais hectoreo nupta reſedit equo
Hõ ex coitu maxĩe languet. — pleriſq; quadrupedũ ut inqt. Plinius fœmĩæ in coitu ſupueniũt. ARtubus. Lãguẽtibus mẽbris. qd̃
eſt inqt Ariſtoteles in ꝓblematis q hõ ĩter cætera Animãtia a cõcubitu diſſoluit. & lãgueſcit? An q
ſemẽ ꝓ ſui corporis proportiõe plurimũ emittit: qui uero multũ genituræ ſiue ſpmatis emittit pal-
Scitũ pythagoræ de coitu. — leſcit ac debilitat: nõ ſecus q̃ debilitaret. ſi q̃dragies tãtũ de ſanguie emitteret: Qd̃ ideo fit qa ſpma
ſiue gẽitura gignit ex ſangnĩe optime digeſto q̃rta uouiſſimaq; digeſtiõe. auctor Albertus magnus.
Dicere ſolebat pythagoras tũc aphrodiſia. i. uenerea exercẽda ẽẽ cũ te ĩpo infirmior fieri uis. Venerẽ
Cor. celſus. — dãnat Democritus: Cuius raritatem utiliorẽ eſſe uetiſſime ſentit Plinius noſter. & ante Pliniũ dixe-
rat. Cor. Celſus ꝓpe ex oraculo. Cõcubitus rarus corpus excitat: frequẽs ſoluit: ab artubus mẽbroꝝ
Artuatus — deriuat artuatus. quæ dictio ſignificat diſſipatũ. & quaſi per artus laceratũ: Maternus in quĩto ut ſic
Deartuare — artuatis uiſceꝝ partibus mẽbra oĩa crudelis artificii pſidio proferantur: fit & uerbum deartuare. qd̃
ẽ q̃ſi p artus cõcidere: Plautus deartuatus ſum miſer. SImul ambo corruimus. Illa ẽ oĩbus nũeris
Concipe fœmĩas ſine uoluptate. — ſolidã uoluptas q̃ uir & fœĩa cocũtes ſimul cõmoriunt. Ouidius Ad metã ꝓperate ſimul tũc plena
uoluptas: cũ pariter uicti fœĩa uirq; iacẽt. Vulgo credit ad cõcipiẽdũ neceſſariã ẽẽ utriuſq; cocũtis cũ
uoluptate pariq; cõcurſu ſeminis ꝓfuſionẽ: qd̃ negat Ariſtoteles. qui libro primo de generatiõe ani-
maliũ fœmĩas ſæpe numero cõcipe affirmat. ſine ea q̃ p coitũ fit uoluptate: qd̃ & reliq pipatetici teſtã
Clinopale. — tur. COLLVctatiõibus. Tãq̃ paleſtra q̃dã & luctatio ſit uenerius cõcubitus. Ideoq; Domitiãus cli-
nopalẽ uocabat libidinis aſſiduitatẽ: uelut paleſtrã lecti & exercitamẽtũ. LIBIdinẽ ĩcitãtes. Iſocolõ
Iſocolon compar. — eſt. qua figura ꝓpe peculiariter ubiq; locoꝝ utitur Apuleius. latine dicitur cõpar. IMpẽdio. Valde.
aduerbiũ ẽ. NEGAuit ueniã. Dixit ſe mihi nõ ignoturã. nec ueniã daturã. niſi ꝓmiſiſſem me apd̃
Impẽdio — eã cenaturũ. CONſiliũ uelut auſpiciũ petẽdũ. Queadmodũ pſides & magiſtratus regunt auſpiciis:
Galliacei magiſtratus regũt — ſine qbus nihil militiæ domiq; agebat. Ita mihi inquit cõſiliũ erat petẽdũ a photide: ut magiſtratus
auſpicia ab auſpicibus petere cõſueuerũt: Plinius de Gallis gallinaceis ſcribẽs ſic refert. Hi magiſtra-
tus nr̃os quotidie regũt Domuſq; ipſi ſuas claudũt aut referãt. hi faſces Rõanos ĩpellũt aut retinẽt.
Vnguẽ latũ digitũ trãuerſum. — Iubẽs acies aut prohibẽt uictoriaꝝ omniũ toto orbe partaꝝ auſpices. VNgue latius. Vnguẽ latũ.
& digitũ trãſuerſum ꝓuerbialiter uſurpamus ad ſignificãdũ ĩteruallũ oppido q̃ puſillũ: quãta. ſ. eſt
latitudo unguis & digiti trãſuerſi: Plautus ĩ aulularia. Digitũ trãſuerſum aut unguẽ latũ. Exceſſeris
Hioronymus & Cicero hac Prouerbiali locutione decenter utuntur. COmiter. Hilare. ac libẽter.
Comiter — ut exponit Varro: aduerbiũ ẽ. Cões. ut inqt Cicero dicimus hoĩes faciles & benignos. AMAtoriæ
Comis. — militiæ. Ouid. militiæ ſpecies amor ẽ. diſcedite ſegnes itẽ militiat oĩs amãs & hãc ſua caſtra cupido.

VESAna factio. Maloꝝ cõſenſus & cõſpiratio dicitur factio. alias factio ſignat opulentiã. ut illud Plauti ex aulularia. Iſtas magnas factiones nihil moror: olim factio honeſtũ erat uocabulũ. unde factiones hiſtrionũ & quadrigarioꝝ dictæ: modo noie factiõis ſeditio & arma uocant: & hoies factioſi dicti: Saluſtius: erat. Cn. piſo eodẽ tẽpore adoleſcẽs nobilis ſummæ audaciæ: egenus factioſus: Tertullianus i apologetico. at e cõtrario illis nomẽ factionũ accomodandũ ẽ q in odiũ bonoꝝ & ꝓboꝝ cõſpirãt. INFEcta. I. ego iſecit. hoc ẽ polluit. fedauit. ꝑturbauit. PER medias plateas. Nõ clã ſed palã & in ꝓpatulo cedes a factione ueſana fieri ſolitas ſignificat: platea aũt media ꝓducta enũciatur ſi Donato credimus. q enarrãs illud Terẽtianũ in hac platea dicunt habitaſſe chryſidẽ. hoc innuit cũ ait: græci πλατεῖαν dixerũt: quã nos plateã dicimus. ſecũdũ formã eiuſmodi μυλαῖον & medeã: στοιχεῖον & ſpondeum ſcribimus: tamẽ apud Oratiũ & Auſonium platea profertur. media correpta. ſic. n. i epiſtolis Oratii legit: puræ ſũt plateæ: nihil ut meditãtibus obſtet. PRæſidis auxilio. Congruit bono & graui ꝓſidi ut Vlpiãi uerbis utar. Curare ut pacata & quieta ꝓuincia ſit quã regit. qd nõ difficile obtinebit ſi ſollicite agat. ut malis hoibus ꝓuincia careat. eoſq conquirat: nã & ſacrilegos. latrones. plagiarios. fures. cõqrere debet. & ꝓut quiſq deliq̃rit in eũ animaduertere ꝓſes ꝓuinciæ ut inquit Paulus in ſua ꝓuincia tantũ iperiũ habet: & habet iterdũ iperiũ aduerſus extraneos hoies. ſi q malũ cõmiſerint. nã & in mãdatis pricipũ eſt. ut curet is q ꝓuinciæ ꝓeſt: malis hominibus carere ꝓuinciã. ꝓſidis ãt nomẽ generale eſt. quo oẽs prouincias regẽtes appellantur. Quod aũt dixit Vlpianus plagiarios cõquiri a ꝓſide debere. ſcito noie plagiarii. nõ tã eum ſignificari q furripit alienos ſeruos ut autumat Acurſius. q̃ eum q liberꝝ hoiem aſſerit in ſeruitutẽ. quiq hoiem emit. quẽ ſcit liberꝝ eſſe: & qui huiuſmodi hoiem ſciens uendit. aut pro ſeruo tenet. Dictus plagiarius: q. lege ph. ania plagis dãnatus ẽet. ipſa uero lex plagiaria: crimẽ plagiũ uocatur. Martialis decẽti metaphora plagiariũ appellat furẽ libroꝝ ſuoꝝ: qui illos tanq̃ ſuos tenet ſ ſeruitute. Ego opinor potius plagiariũ a uocabulo græco duci. πλάγιος qd ſignificat obliquũ. & trãſuerſum. & πλαγίως dr obliquo: nã qui plagiarius eſt quaſi ex obliquo & trãſuerſo i ſeruitutẽ trahit illũ qui liber ſit. ꝓterea i plagiario ſyllaba prima corripit. In plaga producit. CONtemptus peregrinationis. Peregrini dũ cõtemnunt inſidiis magis obnoxii ſunt. Cũ naturaliter ciues noſtros magis q̃ peregrinos foueamus. Cuius rei argumẽto eſt exẽplũ illud agoracriti & alcamenis athenieſis. nã cũ duo hi ſculptores i marmore ſcalpẽdo clariſſimi uenerẽ feciſſent. uicit Alcamenes nõ opere. ſed athenieſium ſuffragiis. q cõtra peregrinũ ſuo fauerũt. ꝓcipit Plato libro. viii. de legibus peregrinos poſt exactos uiginti annos alligatis ſarcinulis ex ciuitate in qua habitauerint migrare debere: Idẽ libro nono. peregrinũ ob homicidiũ maiori multa afficiẽdũ eſſe q̃ indigenã. Itẽ libro. xi. iubet ut pegrini duntaxat & aduenæ cauponarias exercitationes faciãt: contẽptus ponit pro cõtẽptione. NEC icomitatus. Comes fidiſſimus eſt gladius quoq comitatũ ituꝝ ſe ſe ſpõdet Apuleius. GLAdiolo. qdã ex ueteribus gladia neutraliter dixerũt genere excidẽtes. ut notat Quitilianus gladiola dixit meſſala. Gladiũ a clade. C. in. G. cõmutato dici autumat. M. Varro. q a fit ad hoſtiũ cladẽ. Lacedemonii primi auctore Plinio gladiũ iuenerũt. ALtriſecus. Altiore corporis parte. Aduerbiũ ẽ: uel ab altero latere: ſic eni macherophori gladiũ ad latus alteꝝ alligatũ geſtare cõſueuerũt. CAEnæ. Ad quã ſ. iuitauerat me byrrena. EPVlonũ. Cõuiuaꝝ: ab epulis epulones dicti & ꝓ cõuictoribus accipiunt: Antiq epolonos dicebant quos nũc epulones dicũt & ſignificabant hi qui habebãt indicẽdi epulas ioui cæteriſq diis ꝓtãtem: põtifices ueteres ut auctor ẽ M. Tullius i tertio de oratore tres uiros epulones eẽ uoluerũt: a qbus fieret ludoꝝ epulare ſacrificiũ. Mox nũerus epulonũ auctus & ꝓ tribus ſeptẽ eẽ cœpunt. de qbus itelligi uoluit Lucãus illo uerſu ſeptẽ uirq epulis feſtus. titiiq ſodales. Plinius quoq iunior ſcribit mariũ bethecũ fuiſſe ſeptẽ uiꝝ epulonũ. Sodales ãt uirii ut id quoq trãſeunter attingã. ap Lucanũ. ſignificant ſacerdotes. dicti ab titiis auibus. q̃s in auguriis certis obſeruare ſolẽt: Coepulonus Plauto dictus cõuictor: & hiſdẽ epulis ueſcẽs. ſic eni ait in pſa. o mi iupiter Terreſtris & coepulonus. cõpellatiuus. Vbi Annotandũq copulatiuus q̃ compellatiuus emendatius quadrat Plautinæ ſententiæ. Priſci ſcitiſſime facetiſſimeq epulones Deos paraſitos iouis appellauerunt. & ad illius menſam conſtituerunt. Lex conuiualis præcipit ne in conuiuio epulones hoc eſt conuiuæ plures ſint q̃ nouem: nec paucio

ueſana factio nobiliſſimorum iuuenum. pace publica infecta: paſſim trucidatos per medias plateas uidebis iacere. Nec præſidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade poſſunt. Tibi uero fortunæ ſplẽdor inſidias: contemptus etiam peregrinatiõis poterit afferre. Fac ſine cura inquam ſis Fotis mea. Nam præter q epulis alienis uoluptates meas anteferrem: metum etiam iſtum tibi demam maturata regreſſiõe. Nec tamen incomitatus ibo. Nam gladiolo ſolito cinctus altriſecus. ipſe ſalutis meæ preſidia geſtabo. Sic paratus cœne me committo. frequens ibi numerus epulonum. & utpote apud primatẽ fœminam flos ipſe ciuitatis.

Factio. factioſus Platea. Officiũ boni præſidis. Præſidis nomen. Plagiarius qui. Plagium unde plagiarius cõtra uulgatã opinionem. Exẽplũ agoracriti & alcamenis. pegrini & cauponationẽ exerceãt. Gladia. Epulões Epolonẽ. Locus Lucani. Septẽuiri epulões. Sodales titii. Coepulonus. Epulões paraſiti iouis.

res q̄ tres. oportet enī numerū cōuiuarū a gratiarū numero incipere & progredi ad muſarū. Id eſt pro
ficiſci a tribus & cōſiſtere in nouē: nā multos eſſe inquit. M. Varro nō cōuenit: q; turba plerūq; ē tur
bulenta. notiſſimū dictū eſt de numero cōuiuarū ꝑut meminit Iulius capitolinus. ſeptē cōuiuiū. no
uē uero cōuitiū: Archeſtratus poeta græcus cōuiuæ inquit aut tres aut quatuor. aut nō plures q̄nq;
ſunto. alias mercenariorū & rapto uiuentiū cōuentus fuerit: Atheneus quoq; auctor eſt olim nō plu
res quinq; in cōuiuiū adhiberi ſolitos. OPIpares lecti. Dicimus opipares. & opiparos: ut exanimes

> **opipares citro & ebore nitētes lecti aureis ueſtibus itē
> cti. ampli calices. uariæ q̄dē gńæ: ſed præcioſitatis uni
> us. Hic uitri ū fabre ſigillatū. ibi criſtallū īpictū. argētū
> alibi clarum. & aurum fulgurans. & ſuccinum mire**

& exanimos. ut inermes & iner
mos. In ſecundo & tertio ordine.
opiparū aūt antiqui dicebāt ma
gnarū opum apparatū. ut opiparū
cōuiuium. a Plauto in pſa. opipa
ræ athenæ dictæ. ꝑ opulentæ &
magnificæ. a quo opipare abun
danter copioſe: hic lecti opipares ſignificant̄ mēſæ magnificæ. ac ꝓcioſæ: ut pote ex citro & ebore cō
fectæ: nā ut inquit Plinius menſis citreis nihil erat ꝓcioſius. olim cethegus menſam citreā permuta
uerat fundi taxatione. Rotundæ erant & orbiculatæ. menſis citreis ꝓcipua dos in uena criſpis: tigri
næ & pantherinæ uocabant̄: mulſi color in his maxime probabatur: de quibus Lucanus. Martialis.
Iuuenalis. Seneca. ſcriptores oēs. harū menſarū pedes ex ebore fiebāt: ob id dixit Plinius. Eodē ebore
numinū ora ſpectari & menſarū pedes: Iuuenalis. Latos niſi ſuſtinet orbes grande ebur. Epigrāmata
rius poeta. Tu libycos indis ſuſpendis dentibus orbes. HIC uitrū fabre ſigillatū. Vitrū aliud flatu
figurat̄. aliud torno terit̄. aliud argēti modo celatur. Sidon officinis quōdā uitreariis nobilis. uſus ui
tri ad potādum argenti metalla & auri pepulit. Ferūt Tyberio principe excogitatū uitri tēperamen
tū. ut flexibile eſſet. & totā officinā eius artificis abolitā. ne æris. Argenti. Auri. Metallis ꝓcia detrahe
rent̄ auctor Plinius lib. xxxvi. græci hyalon uitrū uocāt: Vnde hyalinus color uitreus. Virgilius car
pebāt hyali ſaturo fucata colore: Galienus īpator aſpernatus eſt calices uitreos dicēs nil uitro cōmu
nius. FAbre. Elegāter & ad amuſſim celatū. CRYſtallū īpictū. cryſtallū glaciē eſſe certū ē: Vnde
& nomē græci dedere κρύσταλλος. n. græce glacies. & κρυσταλλώδης glacialis. hic illud ī obſcē
no carmine. Rigetq; dura barba uicta cryſtallo. auctor eſt Xenocrates uas amphorale ex cryſtallo ui
ſum. Poculis cryſtallinis maxima auctoritas: Nero amiſſarū rerū nuncio accepto. duos calices cryſtal
linos in ſuꝑma ira fregit illiſos. Materfamilias olim mercata eſt trullā cryſtallinā ſextertiis centū qui
quagita millibus. īpictū aūt cryſtallū appellat. uel quaſi nō pictū. & ſincerum quale dr̄ aſyntheton. uel
q̄a pigi ſolitū eſt: qd̄ & Plinius refert. ſcribēs ex cryſtallo tingi ſmaragdos aliaſq; trāſlucentes gēmas:
in rigido potu maxime cryſtallina cōmendant̄. cū materia illa ſit caloris īpatiēs. ARgētū alibi cla
rū. argētea ſuppellex. & argētea uaſa in apparatu mēſarū regiarū uſurpant̄: ut pote ꝓcioſiſſima: lances
ex cētenis libris argēti ſup q̄ngētas numero Romæ fuiſſe cōſtat. Cornelius nepos tradit triclinia Ro
mæ argētea fuiſſe: repoſitoriis argētū addi ſua memoria coeptū feneſtella dicit. lectos opuiſſe argen
to totos primus tradit̄ carbilius pollio eques Romanus: qui & aureos fecit. uaſa coquinaria ex argē
to caluus orator fieri quærit̄: anaglypha uocāt uaſa: q̄ in aſperitatē exciſa ſunt: ut Plinius oſtendit in
. xxxiii. de q̄bus epigrāmatiſta: & menſis anaglypta de paternis. Dixit maro cymbiaq; ex auro perfe
cta atq; aſpera ſignis. interꝑtatur Seruius anaglypha ſignificari: in argento autē clariorē colorē eē q̄
in auro. magiſq; diei ſimilē tradit idē Plinius: Ideoq; militaribus ſignis familiariorē quoniā is lōgi
us fulget. græci ἄργυρον argētū uocāt. unde argyraſpides a clypeis argētatis dicti milites Alexādri:
& apollo argyro toxos apud Homerū cognominatus. ab arcu argenteo: & gēma argyrodamas: quā
& androdamanta uocāt: quoniā īpetus hoīum & iracūdias domat. AVrū fulgurās. Quærit Plini
us cur aurū ꝓlatū ſit cæteris metallis. q̄a inq̄t rerū uni nihil igne depit qui imo quo ſepius arſit ꝓficit
ad bonitatē: auriq; expimento ignis eſt: Idq; ipſum obryzum uocāt: quaſi ſincerū: Quod ualde ꝓcio
ſum eſt: Idq; eccleſiaſtici ſcriptores ophir appellāt: ut docet fortunatus: altera cauſa ꝓcii maior in au
ro eſt. qd̄ minimū uſus deterit. ſup cætera nō rubigo ulla eſt nō erugo non aliud ex ipſo quod cōſu
mat bonitatē minuatq; pondus: Meſſala orator ꝑdidit antoniū triū uirū aureis uſum uaſis in oībus
obſcenis deſideriis Ptolomeus olim mille conuiuas totidem aureis poculis ſaginaſſe fert̄: īmutans
uaſa cum ferculis. SVCCInum mire cauatum. Priſci crediderunt ſuccum arboris ſuccinū eſſe: &
nomen argumento eſt: ut auctor eſt Plinius. a germanis appellatur gleſſum: & ob id inſularum una
in ſeptentrionali occeano gleſſaria nominata. Liquidum primo diſtillare indicio ſunt quædam in
tus tranſlucentia ut formicæ. Culices lacertæ. Candidum odoris præſtantiſſimi. fuluo maior aucto
ritas. ſumma laus phalerno: Ita a uini colore dicto. attritu digitorum accepta ui caloris attrahit in ſe
paleas & folia arrida. ut magnes lapis ferrum: Vnde harpaga a rapiendo uocitarunt. Taxatio ſuccini
in deliciis maxima eſt in tantum ut hominis quāuis parua ex ſuccino effigies uiuorum hominum:
Vigentiumq; precia ſuperet. Domitius Nero princeps Capillos uxoris ſuæ popeæ ſuccinos appel
labat. alio nomine electrum appellant a ſole: ex fabula uulgatiſſima. uocant & electrum metallum
ex auri argentique mixtura. Cui auctoritas fuit apud priſcos Homero teſte: qui Menelai regiam

Pagani. Cohortes canū. Villaticus canis. Paſtoralis. Vēaticus. Strigoſus canis. Catulire. Catulientē lupam. Elephas a cane cōfectus. Sub manu conſilium naſcatur. E re nata. Pro re nata. Vacerra. Anſata uaſa. Anſatus homo. Carcheſium. Confectores. Aluus. Aluini. Coeliaci. Coeliolyſia. Foriolus.

naſus uocetur.apud idoneos ſcriptores inuenio îterfugiendũ reddere fimum.îterdum & triũ iugerum lõgitudine:cuius contactus ſequentes ut ignis aliquis comburat.& ita ſibi excremẽtis auxiliari

Fimẽta. ſterquilinia.

a fimo fimeta dicta.quæ alio nomine ſterquilinia.Plinius fimeta ſub diuo concauo loco intecta ſtramento.ne in ſole areſcãt palo e robore depacto fieri iubet.De multiplici fimi differentia apud eundẽ atq; Columellam & cæteros rerum ruſticaꝝ cõditores.illud addo.quod aſinini pulli fimum qđ primum edidit polean ſiue polion uocant:cuius medica uis lyenem ſedat. ASPERgine.Aſperſione.

aſpergie:alios putore nidoris fœtidi a meis iã q̃ſſis ſcapulis abegiſſem.Nec mora:cũ iã in meridiẽ ꝓno iubare:rurſum nos:& præcipue me lõge grauius onuſtũ ꝑducũt illi latrones ſtabulo.Iãq; cõfecta bona parte itineris:& uiæ ſpacio defectus:& ſarciæ põdere depreſſus:ictibuſq; fuſtiũ fatigatus:atq; etiã ungulis extritis:iã claudus & titubãs riuulũ quẽdã ſerpẽtis leniter aq̃ ꝓpe inſiſtens:ſubtilẽ occaſionẽ fœliciter nactus cogitabã totũ memet flexis ſcite cruribus ꝓnũ abiicere.certus atq; obſtinatus:nullis uerberibus ad ingrediendũ exurgere.imo ẽt paratus:nõ fuſtitantũ: ſed machera ꝑcuſſus occũbere.rebar enim iã me ꝓrſus exãimatũ:ac debilẽ mereri cauſæ remiſſionẽ.Certe latrões parti ĩpatiẽtia more.partim ſtudio feſtinate fugæ: dorſi mei ſarcinã duobus cæteris iumẽtis diſtributuros.meq; in altioris uidictæ uicẽ:lupis & uulturibus prædã relicturos.Sed tã bellũ cõſiliũ meũ præuertit ſors deterrima.Nãq; ille alius aſinus:diuinato:& aĩcapto meo cogitatu:ſtati emmẽtita laſſitudĩe cũ rebus totis effũdit. Iacẽſq; ĩ modũ mortui:nõ fuſtibus:nõ ſtamulis : ac ne

Polea. ſtercus. hoĩs fetidum.

NIDOris.Graueolentia ſtercoris excremẽtiq; ſignificatur fetorem nidoris dixit lãpridius in cõmodo.Alexander aphrodiſeus.q̃rit ĩ Problematis.cur ſtercus ſiue ſimus hominis maxĩe fetidi odoris ſit:cum quonĩdam animaliũ & maximæ caprarum aromaticã ſuaueolẽtiam fragret. quoniã inquit hoĩes multiformi & humecto cibo affari ueſcunẽ. minuſq; exercentur.Ideoq; non bene concoctum tetri odoris cumprimis eſt.

Iubar.

IVbare.Sole.qui iubas lucis effundit:Alias iubaris noĩe lucifer ſignificatur.auctor.M.Varro.& Seruius.a pacuuio dictum eſt exorto iubare noctis de curſo itinere.pacuuiũ imitatus Poeta inquit it portis iubare exorto delecta iuuẽtus.

Defecti q̃ ſyncti ci fuſtuarium.

DEfectus.Ex hauſtus ac languens. defectos uocat Plinius reſolutos.debilitatos & ſine uiribus:quos græci dicunt πυ περονοι qui & ſintectici uocanẽ: quorum mentio eſt apud eundẽ Plinium.qui & ſyntexes uocat ipſas defectiões. ICTIbus fuſtiũ. Supplicium fuſtiũ eleganti uocabulo fuſtuarium appellant.M.Tullius.& Liuius. VNgulis extritis.Plautus in Aſinaria. nẽpe hos aſinos prædicas uetulos claudos.quibus ſubtritæ ad fœmina iã erãt ungulæ. SCIte.Pulchre & cõdecenter.

Machera machero phorus. machero pius. Cauſaria miſſio. honeſtiſſimo. Ignominioſa. Cauſarii. Cauſaria

MAchera.Gladio.nã machera græco uocabulo & latinis uſitatiſſimo gladius noiatur. Macherophorus enſifer.macheropius faber gladiorum.M.Tullius macherophoris centũ ſequentibus miros riſus nos edere.pater demoſthenis auctore Plutarcho.macheropios ẽ cognominatus ab officina gladioꝝ:quam athenis exercuit illud Satyrici poetæ de demoſthene ſcribentis:quẽ pater ardentis maſſæ fuligine lippus:a carbone & forcipibus gladioſq; parante.Incude & luteo uulcano ad rhetora miſit. CAVſæ remiſſionem.Corrigo cauſariã miſſionem.& ita aliquot ab hinc annis corrigendũ docui.cũ priuatĩ ĩtra cubiculũ diſcipulis familiarioribus Apuleiũ enarrarẽ.ſunt.n. tria miſſionũ genera honeſta cauſaria ignominioſa.honeſta eſt.q̃ militiæ tpe ĩpleto daẽ.Cauſaria cũ quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renũciaẽ:ignominioſa cũ quis propter delictũ ſacramẽto ſoluit.Auctores iuriſcõſulti titulo de re militari.& titulo de his qui notaẽ ĩfamia. hic cauſarii dicti.ualitudinarii:Plinius li.xxv.ſcribit helleboꝝ minime dãdũ eẽ ſanguinẽ excreãtibus cauſariis uel latere uel faucibus.Liuius in.vii.Tertius inquit exercitus ex cauſariis ſenioribuſq;.a Tito Quĩtio cõſcribaẽ qui urbi mœnibuſq; præſidio ſit:Vbi cauſariũ ſignificãẽ milites.q ꝑꝑ ualitudinẽ a laboribus militiæ ſoluti miſſiq; ſunt.& ſpartiãus quoq; ĩ hadrião poſt hæc inq̃t ꝓfectus ĩ gallias oẽs cauſarios liberalibus ſubleuauit.dẽ & cauſaria noĩe ſubſtãtiuo pro ipſa miſſiõe ſimpliciter lib.Codicis.xii.ubi ſic ſcriptũ legimus.cauſaria miſſus nulla exiſtimatiõis macula aſpergiẽ.ſenſus eſt Apuleii opinabar inq̃t.me cũ eſſem uerberibus fatigatus ungulis extritus.claudicãs ĩualẽtia debilitatus.mereri miſſionẽ cauſariã:quã.ſ.milites ualitudine ĩpediti cõſeq ſolẽt a laboribus militaribus feriati:renũciãtq; militiæ ueluti minus idonei.palladius.cauſationẽ poſuit ꝓ uitio iteriore & egritudine cũ ait ĩ prĩo ſi ſal

Cauſatio.

uo capite ĩ pulmõibus ac thorace.aut nulla ẽ aut rara cãtio. MOræ.Cõtatiõis q̃ plerũq; maxieq; latrõibus detrimẽtoſa ẽ. DISTRIbuturos.ſ.rebar.hoc ẽ opiabar. BELlũ cõſiliũ.Scitũ elegãſq; ironicos. PRAEuertit.Præuẽit anticipauitq;. ANtecapto cog.Cũ anteuẽiſſet ꝑoccupaſſetq; id qđ ego meũ cogitauerã. EMENtita laſſitudĩe.Cũ laſſitudinẽ itineris & fatigationẽ ſarcĩæ emẽtiret.

CAVda quidē:ſic fieri ſolet ut ſcilicet cauda auribus.cruribus cōprenſis iacentes aſini exurgere cogant. POſthumæ ſpei.ſunt poſthumus dicit̃.qui poſt mortē & humanitatē patris natus eſt.ſic eleganter & ſcite ſpē poſthumā apellat ſerotinā nimis & tardā.& quaſi poſt mortē iumēti irritā & caſſā. Verbū poſthumare Tertuliano eſt pro poſt naſci.& poſteriorē eē:ſic enim ſcribit iu apologetico.Cæteri quoq; prophetæ & ſi moyſi poſthumant.ideſt poſt moſem nati ſunt.& illo poſteriores exiſtunt. poſthuma quoq; ætas docētiſſime dicit̃ Sidonio pro futura & poſtera ſic ſcribēti epiſtolis:ſciat ætas uolo poſtuma nihil tua fide firmius.

cauda qdē & auribus cruribuſq; undiq; uerſū eleuatis tēptauit exurgere.quo ad tādē poſthumæ ſpei fatigati ſecūq; collocuti:ne tā diu mortuo īmouero lapideo aſino ſeruiētes fugā morarēt̃:ſacinis eius mihi equoq; diſtributis:diſtricto gladio poplites eius totos amputāt. Ac paululū a uia retactū p altiſſimū præceps i uallē pximā āt nūc ſpirantē præcipitāt:tūc ego miſeri cōmilitonis fortunā cogitās:ſtatui iā dolis abiectis:& fraudibus:aſinū me bone frugi dominis exhibere.Nā & ſecū eos aīaduerterā colloquētes:q. in proximo nobis eſſet habēda māſio.& totius uiæ finis qeta:eorūq; cēt ſedes illa.& habitatio.clementi deniq; tranſmiſſo cliuulo:puenimus ad locū deſtinatū.ubi rebus totis exolutis:atque intus cōditis:iā pondere liberatus:laſſitudinē uice lauacri:pulueris uoluptatibus digerebā.Res ac tēpus ipſum locoq;:& ſpelūcæ illius:quā latrones inhabitabāt deſcriptionē exponere flagitant. Nā & meū ſimul periclitabor ingeniū.& faxo uos quoq; an mente etiā: ſenſuq; fuerim aſinus ſedulo ſentiatis.Mons horridus: ſilueſtribuſq; frondibus umbroſus:& in primis altus fuit.huius per obliqua deuexa:qua ſaxis aſperrimis & ob id inacceſſis cingitur:conualles lacunoſæ cauæq; nimiū:ſpīctis ageratæ:& q̄q̄ uerſus repoſitæ naturalē tutelā præbētes ambiebāt:de ſūmo uertice.fons affluens

LApideo:qui immobilis permanebat ut lapis ſimulacrūq; lapideū.Luciāus. ἐκεῖτο δὲ ὥσπερ λίθος iacebat ut lapis.

DIſtricto.educto.& ut dicit̃ euaginato. POpilites.neruos crug; poſteriores flexuraſq; ſuffragium. Elephas ut auctor eſt plinius poplites intus flectit hoīs modo.cætera animalia in diuerſum.Lucianus idē memorās τῷ ξίφει ὑποτεμοῦσιν ἐκ τῶν σκελῶν gladio inquit crura āputarūt. ALtiſſimum præceps.ideſt præcipitium:quod græci κρημνὸν uocāt Lucianus ὠθοῦσιν ἐς τὸν κρημνὸν ideſt impellūt in præcipitiū.

COMmilitonis.aſini eodē cōmilitio iumētario mecum ſociati commilites dixit Plinius pro cōmilitones & una militātes. BOnæ frugi.utilē & bonum cum laude dicimus.hominem eſſe frugi bonæ.quaſi pbum utilem & neceſſarium:frequēs eſt locutio ad bonam frugem redire hoc eſt ad bonos mores pbitatēq;. CLEmēti cliuulo.modice clemēterq; ſurgenti:tales cliuos non aſcendere nos ſed aſcēdiſſe cognoſcimus.

PVLueris uolutaribus.uolutationibus.iumētis uolutario ī puluere uicem lauacri & balneaq; repræſentat.id qđ quotidie paſſim cōſpicimus.Plinius li.xvii.ueterina ingta iugo.& canes a curſu uolutatio iuuat.idē in.x.ſolidipedū inq propria eſt uolutatio.M.Varro tradit ſues in luto uolutari.hæc.n.illoq; requies.ut lauatio hoīs ideoq; uolutabra a Virgilio dicta loca:inquibus ſe apri uolutāt cū ait in Georgicis.ſæpe uolutabris pulſas ſilueſtribus apros. uetus prouerbiū eſt apud Hieronymū & in decretis canonicis relatū.ſus lota eſt in uolutabro luti:Heraclitus ait ſues cœno cohortales aues puluere uel cinere lauari. RES ac tēpus flagitāt.pulchrū eſt ut uerſu græco teſtatū eſt.noſſe tēporis oportunitatē.ſiquidē καιρὸς ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολλῶν.oportunitas & occaſio longe melior eſt legibus. PEriclitabor.expiat tētabo.nā & piculū facere ē experimētū dare:ſiſena piclitāt̃ tormēta ac tela multaq; genera machinamētoq;:dicit āt ſe uelle facere piculū īgenii & eloquētiæ Topographia.i.loci deſcriptiōe.ex quauis īgenii eluceſcit.& elegātia māifeſte cognoſcit̃:dū locus graphice ſpecioſeq; deſcriptus ſub oculos.ita ſubiicit̃.ut cerni magis q̄ legi uideat̃. FAxo.faciā. SEdulo.ſtudioſe & diligēter dictū quaſi ſine dolo DEuexa.procliuitates īclinatiōeſq;:cōuexa quoq; de mōtibus & celo dicit̃. LAcunoſæ.lacunæ ſunt foſſæ.ī qbus collecta aq̄ ſtare cōſueuit a lacu dictæ:quas alii lamas uocāt.Oratius.Viribus uteris pcliuos flumīa lamas.cū āt in conuallibus crebræ ſint huiuſcemodi uoragines & lacunæ:merito lacunoſæ nuncupant̃.M.Tullius oppido q̄ decenter dixit lacunā ī auro factā.intelligi uolēs exinanitionē auri & quaſi uoraginē quādā ex furto & rapina & alibi ut illā inquit lacunā rei familiatis explerent. Naturalē.ſpineta interdū naturali tutela ſepiunt loca redduntq; tutiſſima interdū de induſtria fiunt.uetuſti auctores uiuā ſepem appellāt:quā ut inquit columella ſtructili prætulerūt.cū diuturnior pmaneret:ea fit ex uaſtiſſimis ſpinis maximeq; ex rubo & cynoſbato:nos ſentem canis appellamus.collumella & palladius præcipiunt hoc ſepimento hortos eſſe claudēdos.

Spes poſthuma.
Poſthumare.
Poſthuma ætas.
Commilites.
Bonæ frugi.
Volutatio ſolidipedum
Volutabra.
ſus lota in uolutabro luti
periclitari.
Topographia.
ſedulo
Deuexa.
Lacunæ.
Lamæ.
Lacuna ī auro
Viua ſepes.

bullis ingentibus ſcaturibat: perque prona delapſus
euomebat undas argenteas:Iāq; riuulis pluribus diſp
ſus ac ualles illas amnibus ſtagnātibus irrigās:ī modū
ſtipati maris: uel ignaui fluminis cuncta cohibebat:
iſurgit ſpeluncæ qua margiēs mōtāæ deſint.turris ar/
dua:caula firma:ſolitis cratibus:ouili ſtabulatiōe cō/
moda:porrectis undique lateribus. ante fores exigui
tramites:uice ſtructi parietis attēdūť.ea tu bono certe
meo piculo:latronū.dixeris atria. nec iuxta qcq̄:q̄ par
ua caſula:cannulis temere cōtecta: quo ſpeculatores e
nūero latronū:ut poſtea cōpari:forte ducti:noctibus
excubabāt.Ibi cū ſinguli irrepſiſſent ſtipatis artubus:
nobis ante ipſas fores loro ualido deſtinatis:anū q̄dā:
curuatā graui ſenio:cui ſoli ſalus atq; tutela:tot nūero
iuuenū cōmiſſa uidebať.ſic iſeſti cōpellāt:etiam ne tu

Bulla. BVLlis.bullantibus aquis:ſunt enim bullæ tumores:qui in aqua fiunt.& repente euaneſcūt.hic il
Homo lud apud Varronē prouerbiū.homo bulla eſt:quo ſignificať hoīem bullæ inſtar memēto deficere ac
bulla eſt. emori:uerbū eſt bullare:qđ ſignat bullas facere.Cor.Celſus inter notas male ualitudinis ait eē ſi uri/
Bullare. na bullat & male olet:Diminutiuū bullæ eſt bullula.idē ſi quaſdā quaſi maculas repræſentat. aut ſi
Bullula bullulas excitat.Bullantes aq̄s appellāt Calphurnius & Plinius q̄ſi bullis tumentes ſcaturienteſq; bul
Bullātes. latas nugas dixit Perſius pro charactere tragico tumenti & ſufflato.alias bulla ornamentum eſt inge
aquæ. nuorum puerorum:de quo apud
Suetoniū copioſius:bullæ quoq;
ſunt quibus fores ornantur & ua
luæ:ut apud Plautum in aſinaria
iuſſin in ſplendorem dari bullas
hos foribus noſtris?M.Tullius ꝓ
bro dat uerri quod bullas aureas
ex ualuis templi ob ꝑcium abſtu/
lerit. ARgenteas.a nitore & ꝑ/
ſpicuitate argenteas dixit argenti
enim color candidiſſimus eſt. &
ideo ut inqt Plinius militaribus ſi
gnis familiator q̄ auri. quoniam
is longius fulget. IN modū ſti/
pati maris.ſignat fontem per ri/
uos plures diſperſum ualles illas
adeo repleuiſſe: ut maris quædā
quaſi effigies uiſeretur:cuncta co
Caulæ. hibentis. CAVla firma. caulas
dicunt munimenta ouiū & ſæpta
Virgilius cū fremit ad caulas uen
tos perpeſſus & himbres:ubi cau
las ut interpraetať Donatus dixit ambitū ipſum:quo tutæ oues aduerſus inſidias cōtinenť:græcū no
mē eſt.c.littera detracta.nā græci αὐλαϛ uocant animaliū receptacula q̄s noſtri caulas:qđ & Seruius
docet.quidā caulas a cauo dictas autumāt:antiquitus.n.ante uſum tectoꝝ oues in antris claudebanť
Caulæ ſic Lucretius caulas corporis & caulas palati ponit pro caua & foramina. SOlitis cratibus.lego ſoli
Palati. dis hoc eſt firmis & robuſtis.a crate dictus craticius paries.quo utimur inſtructura ruſti ædificii.pal/
Craticí/ ladius meminit craticioꝝ podioꝝ:q̄bus granaria diſcernēda præcipit. ATtenduntur.obtenduntur op
us paries ponūturq;.ſignat.n.ex cratibus factū parietē:quē ob id craticiū appellant ſcriptores idonei. EA tu
bono.puerbialis locutio hoc intellectu:me duce & auctore poteris illa latronū atria nominare.& ſi/
qd ex hoc piculi urget & noxæ id meū ſit cōſimiliter in libro de demōio ſocratis haud ſcio an bono
certe qdē meo piculo poteris geniū uocare:ſicut āt atria in nobiliū domibus dicūť.ita hæc latronum
Cāniciæ atria dici poſſunt ex ſimilitudine. CANnulis contecta.palludus cānicia cameras uocat ī agreſtibus
cameræ. ædificiis ex cāna cōſtructas Plinius in.xvi.tegulo arūuinū iqt domos ſuas ſeptētionales populi opiūt:
in reliquo uero orbe & cameras leuiſſime ſuſpēdunt.ob id ait epigrāmatarius poeta:texāt reliqua te
Cānetū cta palude tibi:cānetū uocāt locū cānis cōſitū:q̄ pallarius mēſe februario ponēda ꝓcipit.græce Donax
Donax dicitur harūdo.hic apđ Pliniū calamus fructuoſiſſimus Donax dictus ē:& tibialis calamus quē auleti/
auleticus cō uocāt græce.n.αὐλοϛ tibia:unde monaulon apud Martialē pro una tibia:cuius iuentorē Mercu/
calamus. riū fuiſſe teſtis eſt Plinius. SPEculatores.græci epiſcopos uocāt:ſpeculatorē ſignificationē Troiano
Monau/ bello ſi nō iuenit.ſpeculatoriū Cypriāo locus eminēs accōmoduſq; ad ſpeculandū.M.T.ſcribit ſe epi/
lon. ſcopū a Pōpeio deſtinatū eē oræ cāpanæ & maritimæ in principio ciuilis belli:hoc eſt exploratorē ſpe
Epiſco/ culatorēq;.idē ait quadā ad atticū epiſtola.cōſcēdi in phaſelū epicopiū:corrigo epiſcopiū.ſignificat.n.
pus. ſe nauē exploratoriā cōſcendiſſe:q̄ græcis uocabulis dicitur epiſcopiū & cataſcopiū.qua dictiōe Cæſar
M.Tul. &.Au.Gellius utuntur. DEſtinatis.deligatis iumentis.quo in numero erat Apuleius. CVR uatā
Specula/ graui ſenio.ſilicernios dici uoluerunt ſenes iā incuruos.quaſi ſilices ex incuruitate cernētes:ſilicerniū
torium. uero dicitur cæna feralis ex eo ꝙ ſilentibus hoc eſt defunctis exhibeť.M.V.ad ſepulchrū antiquo mo
epiſcopū re ſilicerniū confecimus:alii tradūt ſilicerniū eſſe genus farciminis quo fletu familia purgaf qa cuius
Cataſco/ noīe ea res īſtituebať is:iā ſilētiū cerneret hoc eſt mortuus eēt.cecilius credidi ſilicerniū eius me eē eſu
pium. rū:apud Terentiū cū contumelia dictū eſt:in adelphis.ſane te exercebo hodie ut dignus es ſilicerniū
Silicer/ qđ exponēs Donatus ait ſilicerniū cænā eē:q̄ his manibus inferť:qđ ea ſilētes cernant.i.umbræ poſſi/
nii ſenes. deāt ſilicerniū ſit ſenex q iā iāq; ſilētibus umbriſq; cernēdus ſit:nec ꝓbat ſilicerniū dici ſenē quaſi ſili/
Silicerni cē cernē tendum incuruus eſt:at placiades id probat ſilicerniiq; uocabulum inde deducit:quod ſane
um. etymon probatur. INſeſti.infenſi & male animati. COMpellant.uerbis obiurgatoriis allocunť.
ſic autē ordinandus eſt textus.latrones alloquuntur anum:cui eorum aula & curatio commiſſa erat.

BVſti cadauer.probra latronū ſunt congruentia in uetulā cadaueroſam atq; annis obſitā tāq̄ polycronia foemina ac annotiſſima:ſit buſto digna:ſit uitæ dedecus.& plutonis faſtidiū: cū alioqn pluto gaudeat māibus defunctorū ad ipm cōmigrātibus. LVſitabis.ludes & pdeſidiā oceaberis frequētatiuū uerbū eſt.Lucianus κρορτο τηυγραυρ Διά τί οὕτο καθίζη.καὶ ουπαρόσ κιυσῆ εἰσ τὸρ ſic interrogabant anū:cur ſic ſedes ocioſa:nec prandiū paras. DE repſiſſent.in caulā & latronū ſpelūcā qua ſi repētes ītroiſſent de tā ſera refectiōe idignāt latrōes ſibi poſt exhauſtos labores præſto nō eē prādii ſolatiū qua refectiōe uires recreātur & corpus refouet. uetus uerbū eſt a laſſo rixā quærisité a ſitiēte & eſuriente:ſumpto autē cibo oīs aī ipetus mollit. AViditer ī gurgitare.apud Plautū anus merobiba & multibiba īgurgitat in ſe merū auiditer faucibus plenis: & quaſi in barathrū effundit īgurgitare dictū ē.quaſi īgurgitē atq; uoraginē immittere.Au.gellius crebris & ingentibus poculis omne ingeniū ingurgitaban. VOcula.attenuata uoce. HOſpitatores.emendatiōe unius littere lego ſoſpitatores.ſic.n.purior eſt intellectus:dicimus autem ſoſpitatores.nos ſoſpitant faciūtq; incolumes quibus uitā acceptā ferimus. AF FAtim.large copioſe affluenter.

buſti cadauer extremū:& uitæ dedecus primū:& orci faſtidiū ſolū:ſic nobis ocioſa domi reſidens luſitabis. nec noſtris tam magnis tamq; periculoſis laboribus: ſolatium de tam ſera refectione tribuas:quæ diebus ac noctibus:nil quicq̄ rei q̄ merū ſeuiēti uentri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc & ſtridenti uocula pauida ſic anus:at uobis fortiſſimi fideliſſimique mei hoſpitatores iuuenes affatim cuncta ſuaui ſapore percocta pulmenta:præſto ſunt.panis numeroſus.uinum probe calicibus effricatis affluēter immiſſum.& ex more calida tumultuario lauacro ueſtro præparata In fine ſermonis huius ſtati ſeſe deueſtiūt: nudatiq; & flāmæ largiſſimæ uapore recreati:calidaq; perfuſi: & oleo puncti:mēſas dapibus largiter īſtructas accūbūt

PAnis numeroſus.apud lucianum ſic inquit anus ἄρτοι πολλοὶ οἴνου παλαιοῦ πίθοι καὶ τὰ κρέα ἀλλα ... σκεύασται.panes copioſi uini ueteris dolia carnes & ſilueſtres uobis pſto ſunt. ET calicibus effricatis.ex præcepto Oratii qui ait in epiſtolis.nec non & cantarus & lanx oſtēdat tibi te:item alter ſatyrographus.hic lauet argentum uaſa aſpera tergeat alter.Cōſimiliter plautinus leno facite īquit ut offendam parata:uorſa præſtergaſtrata.lauta coctaq; omnia fient. EX more calida priſcorum his mos fuit pene quotidianus ut ante cænam in balneis lauerentur.nam ut docet Victruuius architectus tempus lauandi a meridiano ad ueſperum eſt maxime cōſtitutum.ahena ſupra hypocauſtum hoc eſt ut ego iterprætor uaporariū.tria ſunt cōponēda unū caldariū.alterū tepidariū tertium frigidarium & ita collocanda uti ex tepidario in caldarium de frigidario in tepidariū aqua īfluat laconicum ſudationeſq; ſunt coniungendæ tepidario ex aduerſo laconici caldam lauationem collocanda eſſe præcipiūt.eſt autem lacōicum ī thermis ſtructura orbiculata.ſudatorium:īquo ſudor ſicco calore elicitur quod & Cor.Celſus īſinuat libro ſecūdo his uerbis ſudor autē duobus modis elicitur aut ſicco calore aut balneo ſiccus calor eſt & arenæ calidæ & laconici.Dion laconicū dicit appellatum ex eo quod lacedemonii nudi unctiq; præcunctis exercebantur in hiſce ſudatoriis cruditatem coquæbāt & cænatoriæ fami præparabātur.Quod & Columella apertiſſime īdicat ſic ſcribēs in luxum ganeonum mox ut apti uenianus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus & exuſto ſudore ſitim quærimus non ſolum calida lauacra:ſed & ardētes balneas placuiſſe priſcis ſeueriſſime rependit Plinius.cuius uerba operæprecium fuit ſubtexere ex libro undetrigeſimo q̄ hæc ſunt:illa prodidere imperii mores illa quæ ſani patimur.luctatus ceromata ceu ualitudinis cauſa inſtituta:balneæ ardentes quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui:ut nemo non minus ualidus exiret obedientiſſimi uero efferentur:idem in.xxv.ait ante non erat mos niſi calida tantum lauari ſicut apud Homerum etiam inuenimus.antonius muſa auguſti medicus & euphorbius fratres inſtituere a balneis frigida multa corpora aſtringi:charmis quoq; meſſilenſis damnatis balneis calidis frigida etiam hibernis temporibus lauari perſuaſi: merſit ægros in lacus qua de re extat etiam annei ſenecæ aſtipulatio:qui ſcychrolutrem ſe ſe nominat quaſi frigidis balneis utentem:ſuper quo in appendicula Suetonii commentariorum:annotaciunculam cōdidimus. TVMVLtuario.raptim feſtinanter:& tumultu quaſi quodam præparato.ſic apud Liuium tumultuarius exercitus: & apud Gellium tumultuarium ſtudium:apud alios pleraq; conſimiliter uſurpata:quod & ſupra enarratū eſt. DEVESTIunt.ueſtes exeunt & deſpoliant. VAPORE recreari.communia ſunt ut inquit Cor.Celſus omnibus poſt fatigationem cibum ſumpturis:ſi balneum non eſt calido loco uel in ſole:uel ad ignem ungi:atq; ſudare:ſcribit Plinius in tertio epiſtolarum:ſpurinam i ſole ſolitū nudum ambulare:ubi hora balnei nunciata eſſet quæ hyemæ erat noua: æſtate octaua.Dein lotum accubare appoſita cæna non minus nitida quam frugi. ET oleo perūcti.duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi intus uini foris olei:oleo natura ē tepefacere corpus:& cōtra algores munire.uſum

Ingurgitare.
Soſpitatores.
Mos habiei quotidianus.
Hypocauſtum
Vaporarium.
Laconicum.
Sudatorium.
Balneæ ardentes
Frigida aſtringi corpora.
Pſychrolutres.
Deueſtiunt.
Duo liquores gratiſſimi.

ctius ad luxuriã uertere græci uitiorũ oium gẽitores:in gymnaſiis plublicando:oleo multo apud ueteres perungebant corpora in balneis: leniterq; perfricabant:crebra mentio apud celſũ de uſu olei i balneis:qui præcepit i tepidario ſudando ibiq; in ungendũ:mox i ſoliũ deſcẽdendũ:qd uas eſt balneatoriũ. COMmodũ.uix tunc.iã iã. INcõtanter.ſine cõcatione & mora: nã res illæ quibus erãt onuſti haud dubie domonſtrabant eos eẽ latrones:& exercere latrociniũ. ADæq;. per æque & pariter. Plautus in caſſina:neq; eſt:neq; fuit me ſenex quiſquã amator adæq; miſer. INtextæ filis aureis.aurum intexere ueſtibus in aſia inuenit attalus rex.unde nomẽ attalicis.colores diuerſos picturæ intexere babylon maxime celebrauit & nomẽ impoſuit: babylonica.n. dicta ſunt:plurimis uero liciis texere:quæ polymita appellant aloxandria inſtituit.græce.n.πολυ multũ καὶ μιτος : filum & liciũ. unde polymitarius i exodo ſignificat textor ueſtis polymitæ. acu facere idei phryges inuenerũt: inde que phrygiones appellati ſunt. Quorũ mẽtio apud Plautũ in menechmis:ueſtẽ intextã filis aureis

Commodum coquerant:& ecce quidem longe plures numero iuuenes adueniunt alii: quos incontanter adæquæ latrones arbitrarere. Nam & ipſi prædas aureorum argenteorumq; nummorum:ac uaſculorum ueſtiſq; ſeriæ:& intexte filis aureis:inuehebant.hii ſimili lauacro refoti : inter foros ſociorum ſeſe reponunt. Tunc ſorte ducti miniſterium faciunt.Eſtur ac potatur incondit:pulmentis aceruatim:panibus aggerati: poculis agminatim ingeſtis.clamore ludunt.ſtrepitu cantilant.conuiciis iocantur: ac iam cætera ſemiferis

ſignat Virgilius illo uerſu.fert picturatas auri ſubtegmine ueſtes:idẽ phrygionũ artificiũ.inuitcũ aſt & phrygiã aſcanio clamidẽ nec cedit honori textilibuſq; onerat dõis.refert.Plinius uidiſſe ſe agrippinã claudii principis indutã paludamẽto.auro textili ſine alia materia. SErica.de ſerica ueſte alibi copioſius.unde & oloſerica:q tota ſerica ẽ.ſcribit Flauius uopiſcus tacitũ Romanũ principẽ iterdixiſſe uiris oibus oloſericã ueſtẽ.eſt & ſubſerica:q nõ ex toto textura ſerica cõtexiſ.Alexãder Romanus imperator auctore iãpridio ueſtes ſericas raras habuit oloſericas nũq̃ induit:ſubſericã nũq̃ donauit.

REſoti.recreati refocillati calefacti fomenta ut auctor eſt feſtus & focillatiões a forendo.i.calefaciẽdo dicunf. FOros.ſedilia.proprie artẽ foros dicimus in nauibus ſedilia nautarũ & tabulata:quo i ſignificatu apud Virgiliũ.M.Tulliũ.Lucanũ.Cæteros inueniſ.alias fori ſignificanſ circẽſia ſpectacula.quorũ meminit Liuius in prio.Quidã nõ foros legunt ſed choros intra tot cœtus & turbã. TVNC ſorte ducti.quando inter æquales uni pluribus ue iniungendus eſt labor.ſorti res cõmittiſ.ut ita omnis quærela tollaſ.ſic apud Virgilium dido.partibus æquabat iuſtis aut ſorte trahebat. FAciũt miniſteriũ.miniſtrant & miniſtrorũ funguntſ officio.miniſteria pro miniſtris uſurpant ſcriptores.miniſteriũ quoq; Plinio eſt pro ipſis miniſtris:cũ ſcribit in.xii.quindeci conuiuarũ ac miniſteri capax fuiſſe tricliniũ. ESTVR.ideſt edunt ac potant incompoſite inordinateq;.imperſonale uerbũ ẽ:ab edẽdo:nã ut docet Diomedes inſtans tempus imperſonalis eſt eſtur:dicimus a comedo comeſum & comeſtũ didimus ait comeſta patrimonia:a ualgio dictũ comeſa patina. INcõdite.incompoſite nullo ordine nullã concinnitate ſeruata ſic apud Virgiliũ.Liuiũ.cæteros icõditũ dicimus incõpoſitum & incultũ incõditũ carmẽ icõdita oratio.in hãc ſentẽtiã ait.M.Tullius in ſecunda antoniana ab hora tertia bibebaſ ludebaſ uomebaſ. PLVmẽtis aceruatim.exornatio eſt:ſcriptori huic prope peculiaris cõpar.ſiue iſocolõ noiaſ:ex eodẽ genere ſunt omioteleutõ & omioptotõ.i.ſimiliter deſinẽs & ſimiliter cadẽs ſcitamẽta huiuſce locutiõis fugiẽda ꝓcipiũt rhetorici doctores.& Gellius mõet exẽplo Lucião ſi imodice fiãt iſipida & ꝓpe puerilia iudicari.uerũ ſi modice & tẽpeſtiuiter iterſeraſ orationẽ reddũt uenuſtiorẽ atq; cõciniorẽ. CLAmore ludũt.M.Tul.i antoniũ.ꝑſonabãt oia uocibus ebrioꝝ.natabant pauimenta:uino madebant parietes.Lucianus ηρ αριστον δαψιλεσ καὶ λογοσ πολυσ εν τω συμποσιω ανδροφονων .i.erat prandium copioſum & multus ſermo inconuiuio homicidarũ.

POculis agminati igeſtis.ex lege cõuiuali a tribus ad nouẽ poculorũ munerus producit:auſonius i grypho.Ter bibe:uel totiẽs ternos ſic myſtica lex eſt.uel tria potãti uel ter tria multiplicãti:uerũ i cæna latronũ & cœtu intẽperãtiſſimorũ:nõ tria nõ ter tria ſed ter nouẽa pocula ſingulis uix ſufficiũt:cũ faciant qd pthi:de qbus ẽ illud ſcitũ.q̃to plus biberint tãto magis ſitire pthos:cõſuetudo.n.auget bibẽdi auiditatẽ. CANtilãt.canũt.i floridis anacreõteũ amicitiæ gratia cãtilat. CONuitiis iocãſ.cũ potus loquaces efficiat merito iter pocula & mẽſas latrinũ cõuicia & ioci petulãtiores efferueſcere cœperunt:ſcomata & loedotiæ græcis uocabulis dicunſ huiuſcemodi cõtumelioſæ exprobrationes & morſus figurati quidẽ ſed amarulẽti.quibus facilis eſt ad iracũdia ꝓuocatio ideoq; ſcriptores clariſſimi ſuadẽt i cõuiuio bonorũ abſtinẽdũ eẽ.ſcomate:qd tectã itra ſe habet iniuriã:cũ leodoria ad directã cõtumeliã tẽdat.&.n.loedoria huiuſmodi õblitus ne es:ꝗ ſalſamẽta uẽdebas ſcõma autẽ in quo celata cõtumelia eſt tale eſt.Meminimus quãdo brachio te emungebas:nam cum res eadem utrobiq; dicta ſit illud tamen loedoria eſt:quod aperte obiectum exprobratumq; eſt:hoc ſcõma.quod figurata.Lycurgus inſtituit:ut adoleſcentes ſcõmata ſine morſu dicere & ab aliis i ſe dicta ꝑpeti diſcerent.

Græci uitiorũ genitores. Solium. adæque. attalica. Babylõica. Polymita. Polymitarius. Phrygiones. auro textili paludamẽtũ Oloſerica. Subſerica. Fomẽta. Focillationes. Fori qui. Miniſteria. Eſtur. Come ſa patina. Incõdite. Iſocolon Compar Omioptoton. Ter bibe uel ter tria. Scitũ de parchis bibacibus. Cantilat. Scomata. Loedoriæ. exemplũ loedoriæ Exẽplũ ſcomatis

lapithis:thebãis:cẽtaurisq; similia. Tunc iter eos unus qui robore cæteros ãtiſtabat: Nos quidem iquit Milonis Hypatini domũ fortiter expugnauimus. preter tantam fortunæ copiam:quam noſtra uirtute nacti ſumus:& icolumi numero caſtra noſtra petiuimus. & ſi quid ad rem: octo pedibus : auctiores remeauimus. At uos q boetias urbes appetiſti:ipſo ducet ueſtro fortiſſimo Lamatho diminuti:debilem numerum reduxiſtis. cuius ſalutem merito ſarcinis iſtis quas aduexiſtis omnibus terte antetuleri. Sed illum quidem. utrumq; nimia uirtus ſua peremit:inter inclytos reges:ac duces præliorum tanti uiri memoria celebrabitur:Enim uero:uos bonæ frugi latrones inter furta parua:atq; ſeruilia timidicule:p balneas: & aniles cellulas reptãtes:

Lapithis. talia inquit agebanẽ in menſa latronũ:qualia in conuiuio lapitharũ. & centauroꝝ per furorẽ & uinolentiã agitata eẽ canũt poetæ:ubi conuicia & rixæ mox pugna atrox & cedes: ubi pocula & menſæ teloꝝ uicẽ repræſentabant:& ut iquit Flaccus crateres menſæq; uolãt aræq; deoꝝ. ſemiferos appellat a crudelitate & forma:quos ex equo & homine cõpactos ferunt:quales natura copulari nõ quit. Lucretius dixit de centauris qui neq; ſunt uſq̃ neq; poſſunt eẽ, pſecto autumat Diodorus lapithũ ac centauꝝ apollinis filios fuiſſe:a quibus lapithaꝝ ac cẽtaurorũ propagatũ ſit genus:& ductũ nomẽ:atq; hinc natã fabulã grammatici tradũt centauros dici ἀπο του κέντειν τουσ ταύρουσ ꝙ gregẽ tauroꝝ ſagitis confixerint ſemiferos eẽ:quia primi equitare & quos inſcendere auſi ſint : Plinius quoq; auctor eſt Centauros primos pugnare ex equo docuiſſe. lapithæ pelethroni dicti a loco qui ſubiectus eſt pelio monti ab eo ꝙ medicamentoꝝ magna uis ibi naſcaẽ:quæ græci gloſſematici φορα uocant:pelion autẽ ẽ ea dẽ lingua luridũ. ſed occurrit ſcopuloſus locus ex quo uix daẽ enatare:qd ſit qđ ait telamibus. Quidã emẽdaẽ thebanis tãq̃ lapithas a loco thebanos nominet. ego uideo ſi coniectatorie res agẽda eſt. non duriter nimis legi poſſe telamonibus:ut compataratio ſit triplex lapitharum. ſcilicet telamonum & cẽtaurorum. Talamones autem dicuntur gigantes ab atlante:de quo Ouidius quantus erat mons factus atlas. hunc latini Telamonem uocant:quod Seruius docet in quarto æneidos cõmentario:hinc in edificiis telamones appellãtur ſigna:quæ uirili figura mutulos aut coronas ſuſtinent. Victruuius exiſtimat rationem ex hiſtoriis non inueniri quid aut quare dicantur tales ſtatuæ telamones. demiror uirum eruditiſſimũ id neſciſſe:quod grammatici nõ ignorauerunt:græci hos atlantes uocãt. ex eo quod atlas mundũ ſuſtinere deformaẽ a pictoribus & ſtatuariis. atlas autẽ & telamen idẽ eſt:ſuper hoc loco diu me torſi nec adhuc melius quippiam inueni. debebo his. qui ingenii bonitate ueriora excogitauerint : communicauerintq;:dicam quod Origenes & Auguſtinus ingenue fatenẽ. ignorantiam noſtram non ignoramus. Nec pudet me fateri neſcire quod neſciã elaborataq; nõ abſcondimus. ſed in propatulum depromimus longe ab illis diſſentientes. qui pauca aliqua nouere & ea recondunt in ſecretario perinde ac arcana miſteria:uidelicet inuidentes bona mortalibus:quibus ut inquit Plinius noſter neminẽ docere in auctoritatem ſcientiæ eſt. NOſtra uirtute. cum uirtus in malos nõ cadat. hic nomine uirtutis audacia & temeritas latrocinalis deſignatur. HYpatini. hoſpes apuleii ſignificaẽ ab hypata hypatinus & hypatenſis deducitur. OCTO pedibus auctores. propter duo ſcilicet iumenta namq; aſinus apuleius & eius equus ſignificatur. BOEtias urbes. ſupra annotauimus ex græca eruditione ,pnũtiandum ſcribendumq; eſſet boeotiam non boetiam & boeotias urbes non boetias. illud adde ,puerbium eſſe græcorum. βοιωτιά αἰνιγματα hoc eſt boeotia enigmata:de his quæ minime intelligũtur. uidelicet propter enigma. ſphingos. quod illa thebanis proponebat. quod œdipus enodauit. erat autem tale. quod nam. animal eſſet. τετράπουσ δίπουσ καὶ πάλιν τρίπουσ. ideſt quadrupes bipes:& iterum tripes. eſt autem homo. INTER inclytos. annotandum dici inclytiſſimum in ſuperlatiuo:cum comparatiuum haud facile repertu ſit. A. Gellius. inclytiſſimum poetarum Homerum uocat. a Columella inclytiſſimus dux dictus. M. Regulus. ſcribi autem debet per ypſilon:cum græce ſcribatur:κλυτοσ. MEMORIA celebratur. ſententia plautina eſt. qui per uirtutem peritat non interit:& uita mortuorum:ut inquit Cicero in nona Antoniarum in memoria uiuorũm eſt poſita: multorum memoria celebratur ob uirtutem:non paucorum ob flagicium. & qui tramite uirtutes anguſto graſſari nõ poteſt ad i mortalitatem:is uia uitiorum latiſſima præceps fertur:ut heroſtratus qui dianæ epheſiæ templum inter ſeptem ſpectacula mundi numeratum: ob id ſolum incendit :,ut nomen eius per totum orbem terrarum diffunderetur : ut pauſanias. qui Philippum regem interemit. ut ita clarus euaderet:& gloriam apud poſteros conſequæretur. VOS BONAE frugi latrones:ironicos pronunciandum uidetur:eſt autem caſtigatio ad latrones:qui bonæ frugi uoluerint uideri: & furtis minutulis contenti abſceſſerint : id quod minime eſt ex more & diſciplina latrocinali. cum latronibus nihil unquam in rapinis ſit modi aut modeſtiæ. PER balneas reptantes. fures balneares furta nequaquã luculenta præcioſaq; conficiunt:ſed furtim rituq; ſeruili. ueſtimẽta &

Pugna lapithaꝝ

Semiferi Centauri eſſe non poſſunt

Centauri unde.

Pelethronium unde.

Telamones.

Atlantes i edificiis

Hallucinatio Victruuii.

Ignorantiam noſtram nõ ignoramus.

Boeotia non boetia.

Prouerbium.

Boeotia enigmata.

Enigma ſphingos

Inclytiſſimus.

Vita mortuorum in memoria uiuorum.

Heroſtratus clarus flagitio.

Pauſanias Philippi interempt.

Fures balneares.

ſcrutariā facitis. Suſcipit unus ex illo poſteriore numero. Tu uc ſolus ignoras: lōge faciliores ad expugnādū domus eē maiores? qppe ꝗ licet nūeroſa familia latis diuerſet ædibus. tamē qſq; magis ſuæ ſaluti: q̃ domini cōſulat opibus. ſi ugi āt & ſolitarii hoies: fortunā paruā uel certe ſatis amplā: diſſimulāter obtectā: ꝓtegūt acrius. & ſanguini ſui periculo muniūt. Res ipſa deniq; ſidē ſermoni meo dabit. Vis enim thebas heptapylos acceſſimus: qđ eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium. Sed dū ſedulo fortunā inqrebamus popularē: nec nos deniq; latuit chryſeros quidā nummularius copioſæ pecuniæ dominus: qui metu officiorum: ac munerum publicorum: magnis artibus: magnam diſſimulabat opulentiam. Deniq; ſolus: ac ſolitarius: parua: ſed ſatis

id genus uilia ſubducunt in trinūmo plautinus ſeruus ſibi in thermopolio cōdaliū fuiſſe ereptū a furibus graphicis cōquærit: ubi termopoliū ſignificat taberna ſiue caupona. ubi cibaria calida uenerūt cōdaliū uero annulus eſt: quē & condylū & ſymbolū & ungulū priſci uocitabant: ſcribunt iuriſcōſulti: præfectū uigiliū iudicē eē conſtitutū. aduerſus capſarios. qui ſeruanda in balneis mercede ueſtimēta ſuſcipiunt: ut ſiquid in ſeruandis ueſtimentis fraudulenter admiſerint ipſe cognoſcat: apud eoſdē titulus eſt de furibus balneariis. ubi ſcribit Vlpianus fures balnearios extra ordinē eē puniēdos. miles quoq; qui in furto balneario deprenſus eſt ignominia mitti debet. locus ī balneis ubi loturi exuebant ueſtimenta dicit̃ apoditerion. qđ latine ſpoliariū interpretamur: cuius meminit. M. Varro in ſecūdo de re ruſtica. & plinius in epiſtolis ait inde apoditerion balinei laxū & hilare excipit cella frigidaria. reptentes autē dixit. q̃ſi furtim ac latenter irrepentes: qđ latrūculoꝝ eſt. SCRVtariā facitis. ideſt more furūculoꝝ minuta quæq; & uilia furtim āgulatimq; perquiritis. cū egregius latro non tā ſcrutari latenter ſoleat q̃ diripere uiolenter. ueteres ſcruto dicebant nos ſcrutot. qđ eſt inquireř & ueſtigare etiā miutiſſima. plautus in aulularia poſtremo hūc tā perſcrutari: hinc ſcrutaria dicta ipā ſcrutatio ueſtigatioq;. ut ſagaria. ut cenacularia ut lintearia & alia compluſcula eodem iclinatu formata. LIcet. quāuis. FAmilia. frequens famulicium: famuli origo ab oſcis depēdet. apud quos ſeruus famel nominabatur: unde & familia uocata. ſeruſtium primi inuenere lacedemonii. qui elotas ſiue elotia ſua appellant mancipia. cretenſes perucos. quorum meminit Ariſtoteles in policitis: Galli ambactos ſeruos gallice nominant hic Cæſar in. vi. commētario loquēs de gallis inquit eorum ut quiſq; eſt genere copiiſq; ampliſſimus ita plurimos circū ſe ambactos clienteſq; habet. MAgis ſuæ ſaluti. uetus uerbum eſt. omnes ſibi melius eē malle q̃ alteri. & ut inquit Plautus in trinummo tunica pallio propior eſt. [illegible] quoq; græcorum celebratur. [illegible] ἔγγιον. genu crure proprius eſt de hominibus magis ſe q̃ amicos amantibus. præterea in ꝓuerbio eſt quot ſerui tot hoſtes. tāquam dominus quilibet totidem domi habeat hoſtes. quot habet ſeruos. ſed ut inquit Seneca. non habemus illos hoſtes. ſed facimus: dum illis non tanquam hominibus. ſed tanquam iumentis abutimur: antiqui ſiſinius capito: quod annotatu dignū eſt: de hoc prouerbio exiſtimat errorem hominibus interueniſſe primis præpoſtere enuntiātibus: uero enim ſimilius eſſe dictum. initio: quot hoſtes. tot ſerui ex eo quod captiui hoſtes fere ad ſeruitutem adducebātur. unde etiam dicta mācipia. FRVgi. parci. Oratius partius hic uſuit frugi dicatur: quid ſit frugalitas & frugi. & unde ductum nomen copioſiſſime annotaui in tertio Tuſculanarum commentario.

DISſimulāter obtectam. dixit Seneca libro de beata uita. ad gallionem: quod ſapiens nec diuitias iactabit: nec abſcondet: cum alterum infruniti animi ſi alterum timidi & puſilli: īfrunitus autem: ut id quoq; tranſeunter attingans is dicitur: quem græci uocant [illegible]. ideſt inſolentē & [illegible]: id eſt imprudentem: infrunito opponitur frunitus ideſt prudens & modeſtus: qua dictiōe antiq & cumprimis Cato uſi ſunt. THEbas heptapylos. thebe boeotiæ ſignificantur duorum numinū liberi atq; herculis patria: nec decentes ut īquit Plinius athenis claritate. a numero portaꝝ cognominant̃ heptapyli. quas ſeptē habuiſſe tradit̃ hæc ciuitas. ſtatius hemoloidas thebanas poetas celebrat illo uerſu. per ingentes hemoloidas exeat hemon. interpres ſtatiis frequenter thebas heptapylos: quaſi ſeptem portarum cognominatas refert: una ex ſeptem ogygia porta nuncupabatur. ab ogyge rege in egypto fuerunt thebæ ecatompyli. hoc eſt centum portarum Homeri præconio inclytæ hic illud ſatyrographi: atq; uetus thebæ centum iacet obruta portis. tradit Plinius. hoc totum oppidum pēſile fuiſſe. idem meminit thebarum lucanarum in Italia. quas īteriſſe Cato auctor eſt. & thebæ ī cilicia memorant̃: patria andromaches. ex q̃ ciuitate capta fuit chryſeis: auctores Strabo Homerus cæteri.

DIſciplinæ. ſcilicet latrocinali. eſt enim diſciplia [illegible]. unde diſciplinoſus in repenſione dictus gladiator a Catone. CHRYſeros nūmularius. nomen conueniens nūmulario. uidelicet ab auro ductū: quod græce chryſon dicunt. MVneꝝ publicoꝝ. timebat ne munera oneraq; publica ipſi: ut diuiti in iungerentur. Liuius libro primo refert oia in dites a paupibus inclinata onera fuiſſe: ut ordinatione. Serui Tullii. Muneꝝ ciuiliū ut ſcribit Hermogenes iuriſcōſultus. q̃dā ſunt patrimonii ut

Thermopolium.
Condalium.
Symbolum.
Vngulū.
Capſarii.
Apodyterium.
Scrutatiā facere.
Scruto.
Famulus
Elote ſeruitia lacepuci.
ambacti.
Tunica pallio proprior
Genu crure uicinius.
Quot ſerui tot hoſtes
Quot hoſtes tot ſerui.
Infrunitus Frunitus
Thebæ heptapyli.
ogygia. porta.
Hecatōpyli.
Thebæ. lucanæ
Munera patrimonii.

tei uehicularis. itē nauicularis: munus aut publicū aut priuatū ē. publicū munus ē ut docet calistratus qđ ī administrāda Re. Publica cū ſūptu ſine titulo dignitatis ſubimus. grāmatici oratores. medici & Philoſophi uacationē hēnt muneꝝ ciuiliū. DOmūcula. Caſula. diminutiuū a domo. MVnita cōtentus. Prouerbiū apꝫ græcos celebre eſt. δειλοσ ο πλουτοσ. i. timidæ ſunt diuitiæ. quoniā. ſ. diuites domos muniūt. & cāes formidādos alūt & multas adhibēt cuſtodias. metus. n. plurimū cōfert ad diligētiā cuſtodiēdi: Merito ergo chryſeros diues feneratur domū muniuerat. Diuitias diſſimulabat: folles aureos īcubabat. uide licet ne uſpiā furtificæ manus irripere nec graſſator īſidiari. nec harpax quicq̄ itus harpagere poſſet. PANnoſus. Cōſimile ē illđ Terentianum. uideo ſentū ſqualidū ægrū. pānis anniſq; obſitū. pannicularia appellāt iuriſcōſulti. titulo de bonis dānatoꝝ ea q̄ ī cuſtodia receptus ſecū attulit ſpolia: qbus īdutus eſt. cū quis ad ſuppliciū ducitur ut: & ipſa appellatio oſtēdit. peniculamentū a ueteribus pars ueſtis dicit. AVreos folles. Follē pter alias ſignificatiōes ꝓ Marſupio crumena receptaculoq; nūmoꝝ accipimus Iuuenalis. ſi reddat uetere cū tota ærugine follē. itē & tēſo folle reuerti. pro plena crumena dixit. hīc follitus elegāti uocabulo dictus a Plauto ī epidico pro bene nūmatus: opulētuſq; & follibus nūmariis ſuffarcinatus. Pediano Aſconio numerant inter pecuniaꝝ receptacula: ſportulæ ſportellæ. ſacci ſacculi ſacelli. cumenæ. ueleiæ. ſcorteæ. manticæ marſupia fiſci fiſcinæ. fiſcellæ. ſpartea loculi: qbus adde & folles & bulgas: ſicut autē folles ex numero pilaꝝ uento tumeſcūt. ita crumenæ pecunia turgēt: a qua ſimilitudine īditū nomē: ex diſciplina militari decē folles hoc eſt decē ſacci: ut Vegetii uerbis utar: per cohortes ſingulas exponebant: in quibus militum pecunia condebat. Auguſtinus. libro de Ciuitate Dei nouiſſimo folles nō tam pro repoſitoriis nūmoꝝ. q̄ pro ipſis nūmis ponere uidetur. ſcribens Hipponenſem quendam ſenem. coquo uendidiſſe piſcem prægrandē follibus trecentis: in cuius uentriculo Anulus aureus eſt inuētus. INCVbabat. Expreſſit auari mores. qui īcubat gazā & nūmos: q gratius ītuet auꝝ q̄ ſolē. cuius mens ſemper auꝝ uidet. Cōſimile illud auguſtini ex ſecūdo de ordie. defoſſæ pecūiæ īcubat macer & ſcabioſus fenerator. Trāſlatio ſumpta ab auibus: quæ incubatu fouēt oua & excludūt fetus. incubationi gallinaꝝ dat initiū poſt nouā lunā. plus uicenaquina in cubāda. ſubiici uetāt. alias īcubare dicunt hii qui in tēplis dormiūt ad accipiēda reſpōſa: ſuper quo fuſius in Suetonii cōmētariis. CONcepta. Cōcipi dr pugna cum manus cōſerunt. & hæc purior lectio: q̄ ſi legas cōtēpta: tanq̄ unicæ manus. i. tātū hois pugna cōtēnenda ſit: neq; metuendū aduerſus unū depugnare. NVLlo negocio. Nulla difficultate. uetus uerbū ē. negociū faceſſere. pro eo qđ eſt moleſtiā exhibere. qđ græce dr πραγματα παρεχειν. Plautus ī caſſina. n. uero pragmata μοι παρεχεισ. i. negociū mihi faceſſis & moleſtiā exhibes. ī hoc ſignificatu accipit apud iuriſcōſultos ſic ſcribētes. in eū qui colūniæ cā negociū faceret. i. moleſtiā alteri exhiberet. Itē pecuniā accepit ut faceret negociū. uel nō faceret: leguleii cā nō ītelligūt. q̄ ītelligere nō curāt: qđ ſit facere negociū qbus de ītellectu uerboꝝ nulla eſt cura. qui illud lactāticuli dictitāt. ſcire leges ē nō eaꝝ uerba tenere. ſed ui & ptātē: atqui ſæpiſſime nō magis in uerbis q̄ in percipiēda legū ptāte cecutiūt & hallucinant. FOribus eius pſtolamur. Præſto ſumus ad fores. dicimus pſtolor tibi. & pſtolor te. ut grāmatici docēt. ē aūt pſtolari pſto eē & expectare. pſtolor tibi pſto. ſum tibi appareo obſequor. pſtolor te expecto te. VALuaꝝ ſonus. Valuæ ſunt ut dicit Varro & repetit Seruius: q̄ reſoluunt & ſe uelāt fores ꝓprie dicunt. quæ foras apiunt. ſicut apud ueteres fuit uſitatū: ide forculus deus dictus q pēſt foribus: ſicut cardea cardini. limentinus limini. SOnus. Sic Virgilius. foribus cardo ſtridebat ahenis. VExillarius. Ductor ac ſignifer. uerbū militare: uexillatiōes equitū alæ ſunt uegetio. ordo in Romana militia. ſexagenos milites. duos cēturiōes uexillariū unū habebat: ut docet Liuius lib. viii. tribus ex uexillis cōſtat ordo. primū uexillū trarios ducebat: ſecūdū rorarios Tertiū accēſos. ſunt aūt rorarii milites q leui armatura primi pliū cōmittebāt. dicti a rore. qđ fere ante roratq̄ pluit. uexillū roſei coloris erat quo pedites euocabāt. ceruleū uero eqtes. autumat Seruius uexillū dici a ueli diminutiōe cōtra. M. Tullius i oratore uelū ex uexillo factū cōtractiōe uerbi docet. lram. n. uaſtiorē ut uerbis eius utar ex maxillis & axilis. & uexillo & pauxillo cōſuetudo elegās latini ſermōis euellit. OMniū bipedū neqſſimus. Ex illo Saluſtiāo ducta elocutio. Iugurtha hō oium quos terra ſuſtinet ſcele/

munita domuncula contentus: pannoſus alioquin ac ſordidus aureos folles īcubabat. Ergo placuit ad hūc primum ferremus aditum. ut concepta pugna manus unicæ: nullo negocio cunctis opibus ocioſe potiremur. Nec mora: cū noctis initio foribus eius præſtolamur: quas neq; ſubleuare: neq; dimouere: ac nec perfrigere quidem nobis uidebatur: ne ualuarum ſonus cunctam uiciniam noſtro ſuſcitaret exitio. Tunc itaq; ſublimis ille uexilarius noſter lamathus. ſpectata uirtutis ſuæ fiducia. q̄ clauis īmittendæ foramen patebat. ſenſim īmiſſa māu. clauſtrū euellere geſtiebat. Sed dudum ſcilicet omnium bipedum nequiſſimus chryſeros uigilans & ſingula rerum ſentiens. lenem gradum.

Munus publicū. oratores ī munes a muneribus ciuillibus. Timidus plutos. pānicularia. q. penicula mentū. Follis. Follitus. pecunioſus. Sacelli Scorteæ. ueleiæ. Spartea Bulgæ. Folles ꝓ nūmis. Pecuniæ incubat. negociū faceſſere Leguleii ī uerbis ſomniculoſi. Præſtolor tibi. te ualuæ. Fores. forculus Cardea Limētinus. uexillari uexillationes. Rorarii. uexillū roſeum ceruleū Bipedū nequiſſimus.

ratiſſimus.Plinius in epiſtolis.Regulus inqt oium bipedū.nequiſſimus.ab aliis dicitur de hoīe ipro
Ob ad. bo.nō ſolū bipedū ſed etiā quadrupedū neqſſimus. OBnixum ſilentiū.Omni nixu conatuq; cu/
Ob os. ſtoditū.ſine ullo ſonitu & anhelatiōe cohibita. NIxu.Conatu & impetu. OFfigit.Affigit.cōne/
Patibulū ctitq; ob.n.pro ad ī ſreq̄nti uſu eſt eruditoꝝ.Vnde oborit̃ pro adnaſcit̃.& ob os.ad os.& obmoueto
ꝓ admoueto.dicebat̃:oēs occiſi occēſiq; dixit ennius.ꝓ accēſi. PAtibulū relinquēs.i.ita affixū.quē/
admodū ī patibulo affigi ſontes ſolēt:patibulū ē crux uocabulo notiſſimo.Saluſtius patibulo emi/
nēs affigebat̃:alias patibulū ſerra
ſignificat̃:q̄ hoſtia occludunt̃:ex
eo qđ hac remota ianuæ pateant:
hoc ſignificatu accipi uidet̃ a ca/
tone cū ait.fiſcinas:corbulas.q̄la/
Quala. ſcalas.patibula oīa.quis uſus erit.
Gurgu/ in ſuo quoq; loco repōito.Vbi q̄/
ſtiolum. la ītelligit caniſtra. CVRguſtio
Ligellū. li.Tuguriūculi:& domūculæ.de
Locus quo ſupra:Plautus ligellū dixit ꝓ
plauti ꝑ/ tuguriolo ī Aulularia hiſce uer/
pēſus. bis.Tu a ligello fuiſti q̄ exis foras.
id Plautinū teſtimoniū aduocat
Nonius.qđ nuſpiā extat ī Plautis
codicibus.niſi forſam legebat̃ is
uerſus ī ea pte ſabulæ q̄ itercipit̃.ē
.n.aulularia mutilata.Ego exiſti/
mo uerba hæc Plautina a Nonio
citata eē illa:q̄ uulgo ſic legūt̃.cla
mat cōtinuo fidē de ſuo tigillo ſu
mus ſi q̄ exit foras.nā ſi ſyllabati
ꝑpendas ſingulas dictiōes facile li
qbit īuerſa eē & deflexa uerba ab
archetypo.& illa pro tigillo lege/
mus ligello ī plautīa fabula.ſi No
Cōtētio. nio credimus. CONtētiſſima.
Sermo. Sublatiſſima.uocaliſſimaq;.du/
plex uis oratiōis ē.altera cōtētio/
nis.altera ſermōis.Cōtentio quæ
diffamat acrior ē & cōcitatior tribuit̃ actio
E re nata nibus forēſibus.Sermo in circulis cōgreſſiōibuſq; familiariū uerſat̃.cōtēptionis rhetoꝝ p̄cepta ſunt
nulla ſermōis.q̄q̄.M.Tullius q̄dā ueluti p̄cepta dat in prio de afficiis. Salutis cōmunis.Oratius.nā
tua res agit̃ paries cū ꝓxius ardet. DIFfamat.Diuulgat. SVPpetiatū.Auxiliatū ſuppetias auxili/
um dicimus de quo uerbo ſupra affati & ap̄ Suetoniū. MEdiū.Corrige remediū.E re nata:Ex oc
caſione rei p̄ſentis capto cōſilio ut iā dictū ē. COMmiſſimus.Lego cōminiſcimur.i.excogitamus.
Anteſi/ fuenimus. ANteſignani.Quē ſupius uexillariū noīauit:mō anteſignanū appellat uocabulo ꝑ æq̄
gnanus. militari:anteſignanos eni ut uerbo ipſo declarat̃.milites dicūt:q ante ſigna ſunt:quos tanq̄ duces re
Cāpigēi. liqui ſecunt̃.apud Vegetiū anteſignani dicunt̃.Cāpigeni ideo ſic nominati:quia eoꝝ opa atq; uirtu
Chirur/ te exercitii genus creſcit in cāpo. TEmerato.Corrige tēpato.q̄ſi tēpamēto quodā librato. PER
gus māu articulū mediū.Ex diſciplina ſectiōis ita mēbra abſcindunt̃ ferramēto:ꝑ articulū tēpato.ut reliquū
ſtabili corpus ſeruet̃ īcolume:Ideoq; chirurgus ut ſcite p̄cipit Celſus eē debet adoleſcēs.māu ſtrenua.ſtabi/
uulnera/ li nec unq̄ itremiſcēte:Archagatus peloponēſis a ſæuitia ſecādi urendiq; uulnerarius uocatus fuiſſe
rius. fert̃. MVLtis laciniis.Signat uulnus obligatū obuolutūq; fuiſſe atq; cōſtrictū multis pānis liteo/
liſq;:ne guttæ ſanguinis ad terrā ꝓcidētes facinus detegerēt & ſecutioribus ꝓderēt:ueſtigia. CAE
teꝝ.Sine brachio trūcū trūcatūq;. REligiōis.Purior lectio ē regiōis:Cōſimiliter Vir.ignari homi
nūq; locorūq; erramus. AFfatibus.Allocutiōibus:Vir.Quo nā ambire ſurētē audeat affatu. PER
Sacramē fidē ſacramēti.Sacramēto militari obligati milites iurāt oīa ſe ſtrenue facturos q̄ p̄cepit ipator.nūq̄
ta militū. deſerturos militiā.nec mortē recuſaturos ꝓ rōana Re.Pu.hīc ſacramēta ꝓ militibus uſurpāt erudi
Cōmili/ ti.Iuuenalis cōmoda nūc alia atq; alia emolumēta notemus ſacramētoꝝ:autumāt eruditi militiā eo
tes. rū ꝓprie legitimā eē:q ſinguli iurabāt ꝓ Re.Pu.ſe cūcta facturos.nec diſcedebāt.niſi cōpletis ſtipēdi/
cōmani/ is:idq; ſacramētū uocabat̃.nūc parili ſacramēto latrocialis ſocietas obſtrigit̃. COMmilitonē.Cō
pulones. milites & cōmilitōes dicti una militātes.Cōmāipulōes quoq; q̄ſi eiuſdē māipli.& cōmāipulatio dcā
cōmani/ ſocietas cōmāipulonū.Spartiāus idē ob unius gallinacei dirreptionē decē cōmāipulones.q raptū ab.
pulatio. uno comederāt ſecuri ꝑcuti iuſſit.Itē iuſſit ut rota ī expeditiōe in cōmāipulatiōe nemo focū faceret

& obnoxiū ſilentiū tollerās:paulatim adrepit grādiq;
glauo manū ducis noſtri:repente:nixu fortiſſimo:ad
hoſtii tabulā affigit:& exitiabili nexu patibulum reli/
quēs gurguſtioli ſui tectū aſcēdit.atq; īde cōtētiſſima
uoce clamitās:rogāſq; uicīos:& unū quēq; ꝓprio noīe
ciens:& ſalutis cōmunis admonēs diffamat:īcēdio re
pentino domū ſuā poſſideri.Sic unuſqſq; ꝓximi peri
culi cōfinio territus ſuppeciatū decurrere anxii.Tunc
nos in ancipiti piculo cōſtituti uel opprimēdi nr̄i:uel
deſcerendi ſocii remedium e re nata ualidum:eo uolē
te:commiſimus.Anteſignani noſtri partem:qua ma/
nus humerum ſubit:ictu ꝑ articulū medium tempe/
rato:prorſus abſcidimus.atq; ibi brachio relicto:mul
tis laciniis offulto uulnere:ne ſtillæ ſanguinis ueſtigiū
proderent:cæteꝝ lamathum:rapti reportamus:ac dū
trepidi religiōis urgemur graui tumultu:& inſtātis pi
culi metu terremur ad fugā:nec uel ſeq prope:uel re/
manere tuto pōt:uir ſublimis aī:uirtutiſq; præcipuus
multis nos affatibus:multiſq; præcibus q̄rēs:adhora/
tur per dextrā martis.ꝑ fidē ſacramēti.bonum cōmili
tonē cruciatu ſimul & captiuitate liberaremus:Cur.n.

ſiciliæ nominatur. Ibi enī ſpelunca eſt quædā conuerſa ad aquilonē infinita altitudine: qua ditē patrē ferunt repente cū curru extitiſſe: abreptāq; ab eo loco uirginē ſecū aſportaſſe. & ſubito non longe a ſyracuſis penetraſſe ſub terras: merito itaq; currus orci ſiue plutonis rapax dicitur a rapina ſcilicet proſerpinæ. pſyſiologi proſerpinam eſſe interpretantur uirtutē ſeminum: quā ſol in hyeme fouet: quē Plutonē uocant: ideoq; raptā ab eo ꝓſerpinam autumat: quā ceres ſub terra latentē quæriter cuius rei commeminit Euſebius in præparatione euangelica. TENAcem. Ex tempore & negotio tenacem terram appellat: a qua uidelicet retēta ſit ꝓſerpina: Ouidi. uiam tellus in tartara fecit & pronos currus medio cratere recepit. ILLVminarū. Tenebricoſarū. eleganter enim illuminas appellat ꝓſerpinæ nuptias quaſi ſine lumine obſcuras: quæ apud manes in locis caligantibus. ubi omnia nigrantia conſpiciuntur celebratæ ſunt. DEMEACVLA. deſcenſiones ad loca ſcilicet ſubterranea: demeare enim eſt deorſum penetrare deſcendereque. unde demeacula dicta.

Cur rapta ꝓſerpina

& terrā tenacē: & illuminarū proſerpine nuptiarū demeacula: & luminoſarū filiæ inuētionū remeacula: & cætera quæ ſilentio tegit eleuſis atticæ ſacrariū: miſerā de pſyches animæ ſupplicis tuæ ſubſiſte. inter iſtam ſpicarum congeriem patere. uel pauculos dies deliteſcam quoad deæ tātæ ſeuiens ira: ſpacio temporis mitigetur. uel certe meæ uires diutino labore feſſæ: quietis interuallo leniātur. Suſcipit Seres: tuis quidem lachrymoſis precibus: & cōmoueor: & opitulari copio.

Illumiæ nuptiæ.

De meacula.

Remeacula.

REMEAcula. Tangit fabulā: quæ tradit cererē remeaſſe poſt longā filiæ diſquiſitionē ad ſuperos. hac conditione. ut proſerpina eſſet ſuperis inferiſq; cōmunis. uidelicet cum matre ſex menſes totidē cū marito: Plutone apud manes: Ouidius nunc dea regnorū numen cōmune duorū cū matre eſt totidem. totidē cum coniuge menſes. ut a demeando demeacula. ſic a remeando remeacula decēter nuncupantur: pro reditu & reuerſione ad ſuperos. LVMInoſarum inuentionū. Ceres cum inueſtigare & inquirere uellet raptam ꝓſerpinam dicit̄ inflammaſſe tedas ex his ignibus qui ethnæ uertice erūpūt quas ſibi cū ipſa præferret orbē omniū peragraſſe terrarū: Canit Claudianus cererem inflāmaſſe geminas cupreſſos hiſq; duabus facibus filiā quæſiuiſſe: Ouidius pineas faces fuiſſe tradit. Igitur. ob lumē & flāmas facularū inuentiones luminoſas appellat. Mythologi tradunt cererem cū lampadibus raptā ꝓſerpinam quærere dictā. illa uidelicet ratione. q; hoc tempore cum lampadibus. i. cū ſolis feruore ſeges ad metendū cū gaudio requiratur. unde & lampadum dies cereri eſt dedicatus. ELEVſis. Ciuitas eſt in attica myſteriis cereris inclita: Auguſtinus in. vii. in cereris ſacris prædicantur illa eleuſina quæ apud athenienſes nobiliſſima fuerunt. frumenti ſatio apud eleuſina triptolemo reperta eſt. auctor Trogus. in cuius muneris honorē noctes initiorū ſacratæ ſunt. Paroemia græcorū eſt ἀγέλαστος πέτρα. i. mœſtus lapis diciturq; de rebus triſtitiā cōcinnātibus. eſt enī petra hæc in attica iuxta eleuſin: Vbi ceres ſedit mœſta. & triſtis ex raptu filiæ quā per orbem terrarum accenſis facibus dies nocteſq; quæribunda ueſtigauerat. inde inditum petræ nomen. ut ἀγέλαστος uocaretur. græci enim ἀγέλαστον mœſtum appellant: Addamus & illud tanquam auctarium. quemadmodum triptolemus. cui ceres currum draconibus uinctum & fruges propagandas dederat. poſt orbem terrarum frugibus ſatum conſtituit oppidum. & ex patris ſui nomine appellauit eleuſinum: Vbi cereri ſacra primus inſtituit. quæ theſmophora græco uocabulo nuncupantur. quaſi dicas cerealia cum & ipſa ceres dicta ſit theſmophora ideſt legifera a legibus quas dedit mortalibus. in theſmophoriis. quorum non infrequens mentio apud eruditos. Matronæ caſtitatem cuſtodientes cubitus ſibi ſternebant foliis uiticis: quem alii agnon a caſtitate nūcupant. præterea cum ceres in eleuſine eximie coleretur. inde ſacra eius eleuſina uocantur. & ipſa mater eleuſina Virgilio dicta. SILENTIO tegit. Inter cætera myſteriorum cereris arcana erat papauer. quod fertilitatis ſymbolum eſt. Ideo autem ſilentio tegi dixit: quia ut tradit Tertullianus myſteriis omnibus ſilentii fides adhibetur. SVBSISTE. Succurre opitulare alibi in hunc ſenſum. tu meis inquit. iam nunc extremis erumnis ſubſiſte. SPICArum. Ceres feracis & planæ terræ uirtutē deſignat. ideoq; eius imago ſpicis decoratur ipſaq; ſpicifera dea cognominatur. In cœlo: eſt ſpica quo ſidere nati erūt dulciarii. DEæ tantæ. Scilicet ueneris. SPACIO temporis. Seneca maximum inquit remedium iræ dilatio eſt ut primus eius feruor relangueſcat: Ariſtoteles in ethicis iras illas improbat quæ diu cohibitæ continentur: eas probat quæ effunduntur. & mox repente deſiſtunt: ira breuis eſt furor q; ſpacio deferueſcit. & mora lenitur. OPITVlari. Opem ferre & auxiliari: ueteres opitulo dicebant. quod opitulor. Liuius in tragœdia quæ inſcribitur equus Troianus: da mihi. haſce opes. quas peto. quas precor porrige opitula. Iupiter cognomento opitulus colebatur: ex eo dictus. quod opem indigentibus ferret. auctor Auguſtinus in ſeptimo grammatici. Annotant opim nomen nymphæ ſignificari opem auxilium dici opes diuinas & potentiam: ops uero dea eſt. a qua dies feſtus dictus opalia. quæ Romæ celebrabantur. die tertio poſt ſaturnalia.

Tedæ inflāmatæ a cerere. Mythologi. Lampadū dies Eleuſis. Prouerbiū mœſta petra. agelaſtos mœſtus. eleuſis cōdita a triptolemo Teſmophoria. Theſmophora. Ex agni caſto foliis ſtrata in cerealibus. Eleuſina ceres. Papauer ſymbolū fertilitatis. Sub ſpica nati dulciarii. Opitulo. Iupiter opitulus Opis. Ops. Opes. Opalia.

ſed cognatæ meæ: cũ qua etiã antiquũ fœdus amiciciæ colo: bonæ preterea fœmiæ malã gratiã ſubire nequeo: decede itaq; iſtis ædibus ꝓtius. & q̃ a me retẽta cuſtoditaq; nõ fueris: optimi cõſule. Cõtra ſpẽ ſuã repulſa Pſyche: & afflicta duplici meſticia: iter retrorſũ porrigẽs iter ſubſite cõuallis ſublucidũ lucũ proſpicit fanũ: ſollerti fabrica ſtructũ. nec ullã uel dubiã: ſpei melioris uiã uolẽs omittere: ſed adire cuiuſcũq; dei ueniã: ſacratis foribus ꝓximat: uidet dõa ſpecioſa & lacinias auro lr̃atas ramis arborũ poſtibuſq; ſuffixas: q̃ cũ grã facti nomẽ deæ cui fuerãt dicata teſtabamur. Tũc gẽu nixa: & manibus arã repẽtẽ ãplexa: deterſis ante lachrimis: ſic adprecaẽ. Magni Iouis germana. & cõiuga

Demetria ſemina apud Galenũ.

COGNAtæ meæ. Venerẽ ſignificat: quæ cognatione cereri iuncta eſt. ut pote filia Iouis. quẽ fratrẽ cereris fuiſſe tradũt: & ita ceres amita ẽ ueneris: Refert Diodorus in. vi. bibliothecæ ex ſaturno & rhea progenitos eſſe iouẽ. neptunum. ac Plutonẽ cererem & iunonẽ: Ceres tanq̃ geres a gerẽdis frugibus noiata eſt: quæ a græcis demeter quaſi gemeter. i. terra mater nuncupaẽ: hinc apud Galenum libro ſecundo de Alimentis demetria ſemina poni ꝓ cerealia. obſeruaui & frumentaria. Quod quẽ admodum intelligãt Medici noſtri non diſcutio: eandẽ Theſmophorã dicũt. quaſi legiferam. prima enĩ leges mortalibus dediſſe fertur: Vnde & Theſmophoria feſta cereris appellantur. ut diximus.

Iaſius dilectus cereri.

FOEDVS amiciciæ. Põt hoc referri ad amorẽ cereris quando ſcilicet Amauit iaſiona. ſiue iaſium de quo Ouidius quæritur ca neſcere mitem iaſiona ceres: & aliubi uiderat iaſium cretea diua ſub ida uidit & ut teneræ flamma rapuere medullæ. ꝑterea ex ioue genuit ꝓſerpinam: ut merito dicat ceres ſibi cũ Venere antiquũ eẽ fœdus amiciciæ.

Boni cõſule.

OPTIMI conſule. Accipe iudicaq; in bonã partem ꝓuerbialis locutio. Quintilianus in primo: ſit enim conſul a cõſulendo uel a iudicando. nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt. unde adhuc remanet illud. Rogat boni conſulas. i. bonũ iudices: in carmine obſceno. cõſule poma boni: apud Columelem ut boni conſulat. DVPLICI moeſticia. Et ob cupidinis deſiderium & ob cereris repulſam.

Sublucidum. Sublustris nox. Sublucare. Collucare. lucum. Interlucatio. Interlucata. Correctum in Plinio uerbum. uenia põtificale uerbum. Spolia refigere nõ licebat. Arã teneri a ſacrificante. Aræ anſæ. cur iuno ſoror & uxor iouis.

SVBSItæ. Subiacẽtis. SVBLVcidũ. Paꝝ lucentẽ: nã & lucus a cõtrario dictus: quia umbra opacus: paꝝ luceat qđ & Quintilianus memorat: Subluſtris nox diciẽ Oratio: & ſubluſtris umbra Virgilio. quæ habent aliqđ luminis. ſic &. A. Gellius ſubluſtria uerba decẽter dixit nõ ex toto luminoſa. ſed aliquid luminis habentia & aliquãtiſper ſplendicãtia. ſublucare uerbũ uetus eſt qđ ſignificat ramos arboꝝ ſubputare: & ueluti ſubtus lucẽ mittere: Collucare aũt ſucciſis arboribus locũ luce implere. hoc intellectu accipiendũ eſt illud Catonianũ. lucũ collucare Romano more ſic oportet. Plinio inter lucatio eſt idem fere quod ſublucatio: quaſi ꝑ interualla ſucciſio ramoꝝ qui in denſitate ſunt ſuperuacui. & in. xvii. interlucatio inquit arboribus prodeſt: apud eũdẽ legitur interlocata denſitate ramoꝝ. corrige interlucata. hoc eſt ſupputata ſucciſaq;. FANVM. Templum. SOLERti fabrica ſtructũ. Diximus ante: quẽadmodũ ꝓbatio ædificii cõſideraẽ ex ſubtilitate officinatiõis. ex diſpoſitione architecti: & ex domini magnificẽtia. VEniã. Pacẽ beniuolentiã propiciationẽ. uerbum ꝓprie pontificale eſt. Vnde apud Virgiliũ: Tu modo poſce deos ueniam. dicta aũt uenia ad eliciendam miſericordiam: meteẽ enim beniuolentiã numinũ qui licet inocens ſit: ueniam tanq̃ peccauerit petit. PROXImat. Propinquat. LVCInias. Veſtes uel potius ueſtium partes litteris aureis itextas. refert Plinius zeuxim pictorẽ. nomen ſuũ ſolitũ oſtentare intextũ aureis litteris in pallioꝝ teſſeris.

QVAE cũ gratia facti. Senſus eſt litteræ ex auro intextæ laciniis teſtabanẽ ſpolia illa uotiua eẽ & ex uoto Iunoni Deæ conſecrata ob ĩpetratũ beneficiũ. ſic enĩ hodieq; fieri ſolet: ut hoies uoti compotes in tabella. uel alia reuotiua declarent cauſam dedicationis. & gratiã facti teſtenẽ. POSTIbus ſuffixas. Alludit ad ritum priſcoꝝ qui in foribus affigere ſolebant hoſtiũ ſpolia: quæ nec emptori refigere liceret: quæ etiã dominis mutatis domus ornamenta erãt. hinc Tibullus. & Domus hoſtiles præferat exuuias: Silius in primo punicoꝝ refert pro curiæ Romanæ foribus & limine pependiſſe currus. Clypeos. Arma. deniq; ſpolia hoſtilia omne genus. GENV nixa. Ingeniculata. TEPENtem. Adhuc ſacrificio calentẽ. MANIbus amplexa. Expreſſit ritũ ſacrificãtiũ. is enĩ qui deos ꝓcabatur: etiã aram manibus apprẽdebat: inde. M. Varro: & Macrobius tradũt aras primũ anſas dictas: q̃ eſſet neceſſariũ a ſacrificãtibus eas teneri. Commutatione dein litteraꝝ aras dici cœptas. qđ nobiliſſimus poeta ſcienter expreſſit illo uerſu. Talibus orantem dictis araſq; tenentem. necnon & alio. Talibus orabat dictis araſq; tenebat. Germana & cõiuga: Depræcatio eſt pſyches ad iunomẽ: quæ ſoror & coniunx magni iouis eſſe perhibetur. cauſam phyſici referũt: Qui iouem ætherẽ. i. ignẽ intelligi uolunt iunonem uero aerẽ. & quoniam tenuitate hæc elemẽta paria ſunt dixerunt eſſe germana. & quia iuno hoc eſt aer ſubiectus eſt igni ideſt ioui iure coniugata maritali uinculo prodiderũt: ſup quare: Auguſtius in quarto de ciuitate dei ſcribit hæc: cur ioui etiam iuno uxor adiungiẽ; quæ dicaẽ ſoror & coniunx quia iouem inquiunt in cœlo accipimus: in aere iunonẽ: & hæc duo elemẽta

coniuncta ſunt:alterum ſuperius:alterum inferius.M.Varro iunonem iouis coniugem ideo dici autumat:q Iupiter cœlum ſit.iuno uero terra:quæ eadem & tellus.Vnde a Virgilio ſcienter dictum eſt:ex hac uarroniana ſententia:tum pater omnipotens fœcundis himbribus æther coniugis in gremium læte deſcendit.ideſt in gremium telluris.aut terræ: id quod & Auguſtinus quoq interpræ/tatur.aer ut ſtoici diſputant interiectus inter cœlum & mare iunonis nomine conſecratur : quæ eſt ſoror & coniunx iouis.q & ſimilitudo eſt ætheris.& cum eo ſumma coniunctio:iunonem a iuuando nominatam credo inqt Marcus Tullius quam . græci appellant ηραν. unde heretum oppidum in latio quaſi iunonium: quod in honorem heræ ideſt iunonis a græcis conditum eſt. auctor Solinus . illud adde quod Theopompus & hellanicus prodiderunt Iunonem ab ioue uinctam cathenis aureis.& deprauatam incudibus ferreis itelligi uolentes q aer igni cœleſti coniunctior duobus deorſum elementis miſceaĕ:ideſt aquæ & terræ . quæ elementa.duobus ſuperioribus grauiora ſunt.

Siue tu ſami quæ querulo partu uagituq: & alimonia tua gloriaĕ:tenes uetuſtas delubra:ſiue celſæ carthaginis:q te uirginē:uectura leonis:cœlo cōmeantē pcolit: beatas ſedes frequētas:ſiue ppe ripas inachi q te iam nuptam tonantis & reginam dearų memorat.inclytis Argiuorų præſides mœnibus quam cūctus oriens

SIVE tu ſami.Loca percenſet . inquibus iuno religioſe colitur.quis enim ignorat ſamon inſulam iunoni dedicatam fuiſſe : quæ in mari icario ſita eſt:quam Marcus Varro & Lactantius ſcribunt prius nominatam eſſe partheniam.q ibi παρθενοσ ideſt uirgo iuno adoleuerit.ibi educata ſit.ibi etiam ioui nupſerit.fanum iunonis nobiliſſimum & antiquitus famigeratum fuit ſami.ubi donarium deæ perquā opulentum uiſebatur.& ſimulachrū ipſius in habitu nubentis figuratum:& ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabantur . Samon perinde ac feraciſſimam laudantes priſci non dubitant illud ei prouerbium accommodare quod etiam ferat gallinæ lac.Ibiq reperire poſſis lactis gallinacei hauſtum : quod Plinius decenter uſurpat in prohemio naturalis hiſtoriæ.pauones e ſamo probanturq ad geneam. VAGItu. Vaitanum deum priſci coluerunt quem præeſſe uoluerunt uagientibus.hic & uaticanus nominatus Vagorem uagitum dixit antiquitas. SIVE celſæ carthaginis.Carthaginem iunoni dilectam fuiſſe nemo non nouit:qui uel illud Virgilianum tantum legerit:Quam iuno fertur terris magis omnibus unam poſthabita coluiſſe ſamo.olim Caius Gracchus carthaginem coloniam Romanam fecit deductis colonis italicis & iunoniam nuncupauit.Carthagine fuit templum.currus Arma Iunonis.carthago hæc magna nominatur:cum altera hiſpaniæ ſpartaria dicta ſit græce καρχηδων unde Carchedonii dicti carbunculi.ob opulentiam magnæ carthaginis. VECTVra leonis. Ex fabula dictum hoc eſt:quæ tradit iunonem a leone per cœlum uectam conſediſſe carthagine: poſſet hoc referri ad leonem cybeleium.quoniam ut theologia ethnicorum docet unus eſt deus res plures . & plura uocabula:quando quidem ut auctor eſt Auguſtinus.matrem magnam.eandem cererem uolunt quam nihil aliud dicunt eſſe q terram eamq perhibent & Iunonem.Ideo autem magnæ matri ſiue Iunoni leonem adiungunt ſolutum atq manſuetum.ut oſtendant nullum genus terræ . tam remotum ac uehementer ferum quod non ſubigi coliq cōueniat. ARGIuorum præſides mœnibus.Mycenæ ſpartæ.argos græciæ ciuitates inclytæ Iunoni ſacratæ ſunt.hinc ait iuno apud Statium:ſcis ſemper ut arces cyclopum magniq phoroneos inclyta fama.ſceptra uiris opibuſq iouem quibus uerſibus argiuorum mœnia ſignificantur.Vbi phoroneus primus dicitur iunoni templū dicaſſe.& ſacrificiorum inſtituiſſe ſolemnia.Cyclopes autem quos gaſterochiras ideſt uentrimanos appellant numero ſeptem mœnia & arcem argiuorum aliaq complura extruxiſſe produntur: quorum meminit Strabo in octauo argos autem apud Homerum multiplex eſt:a quo modo priſcum modo iaſium:modo acheum:modo pelaſgicum memoratur ab eodem dictum eſt argos hippion hoc eſt equæſtre καὶ ἄργοσ ἱπποβότον ideſt equorum nutricium.ex quo fluxit emulatio illa oratiana:plurimus in iunonis honorem aptum dicet equis argos diteſq mycenas.Homericum quoq eſt argos dipſion.ideſt ſiticuloſum:& aquarum idigum.Argos quidem pelaſgicum ſignificat theſſaliam Homero ſicut nomine achei peloponeſus demonſtratur generali uocabulo argiuos uocat græcos omnis.Argiuum agrum percurrit fluuius inachus de quo apud poetas crebra mentio. Vnde inachidæ argiui græciq nuncupati.Plinius in quarto.inter inachum & eraſinum amnes ſitum eſſe docet Argos hippium cognominatum.& mox paulo appellatum eſt inquit inachium alias argos hippium:Auctor eſt Strabo templum dicatum iunoni iuxta mycenas fuiſſe argiuis. myceniſq commune:in quo fuerunt polycleti ſimulachra artificio præſtantiſſima.Argos ab initio magis ac magis extitit potentia opibuſq præpollens : Vbi floruit regnum pelopidarum.apud Argiuos inachidas iuno colebatur iam nupta & regina celitum:cum ſamii uirginem & infantem uenerarentur. Cyprianus in libello quod idola dii non ſint:oſtendit iunonem deam eſſe argiuorum : ſamiorum & Carthaginenſium.a quo argiua ſamia & pœna nuncupatur.

iuno tellus.
Verſus uirgilii ex georgicis.
Hera iuno unde heretum
iuno uincta catēis a ioue.
Samos parthenia.
Lac gallinaceum fert.
Vagitanus deus
Vagor uagitus.
carthago iunonia.
Carchedon.
Carchedonii.
unus deus noīa plura.
Arces cyclopum argos.
cyclopes gaſterochires
Argos multiplex hippobotō.
Dipſion argos.
iachidæ.

Zygia iuno. ZYGIAM ueneratur. Optimo epitheto Iuno zygia noĩatur quaſi iugalis ab eo qđ pеſt maritali cõiugio cuiq; ſunt uincla iugalia curæ:ut inqt poeta. ζυγοσ. græce iugũ dicit. Vnde zygia iuno quaſi iugatiua. ſiue iuga. ſic enim a latinis nuncupat: Auctor eſt Vitruuius carpinum arborẽ a græcis zygiã appellari. q ex ea materia ſiunt iuga in mẽtis quæ apud eos zyga uocitant. Romæ fuit iugarius
Iuga iuno. uicus ſic dictus quia ibi fuerat ara iunonis iugæ: quã putabant matrimonia iungere. Seruius grãmaticus in enarratiõe Virgiliani carminis. ne cui me uinclo uellẽ ſociare iugali. ſic exponit iugali ppter
Iugalis. iugũ. qđ imponebat matrimonio coniungẽdis. unde etiã iuno iugalis dicitur. Deus quoq; iuga-
Iugatinus deus tinus ob hoc noĩatus in nuptiali ſolẽnitate inuocabatur: Quando ſponſus ſeſe ſponſæ cõiungebat: iugumque maritale pariter ſubibant. apud priſcos cum iunonis numen nuptialibus miniſteriis multiiugis adhiberetur: cognomentis quoq; uariis nuncupaba-
Domiduca. tur. unde ĩterducam. & domiducam. Vnxiam & cinxiam iunonẽ
Vnxia. puellæ nubẽtes in nuptiis ad uo-

Zygiã ueneratᷣ: & omnis occidens lucinã appellat: ſis meis extremis caſibus iuno ſoſpita: meq; ĩ tãtis exãclatis laboribus defeſſam: ĩminãtis piculi metu libera. qđ ſciã ſoles prægnãtibus piclitãtibus ultro ſubuẽire. Ad iſtũ modũ ſupplicãti ſtati ſeſe Iuno cũ totius ſui numinis auguſta dignitate præſentat. & ptinus: quã uellẽ i qt p fidem nutũ meum præcibus tuis accommodare. ſed contra uoluntatem Veneris: nurus meæ: quam filiæ ſemper dilexi loco: præſtare me pudor non ſinit.

Cinxia. cabant: ut uidelicet eorum itinera protegeret & in optatas domos duceret. & cum poſtes maritales ungerent fauſtum omen affigerent. & cingulum ponentes in thalamo nõ relinqueret: auctor Marcianus. quod diximus cognomine unxie Iunonem a nubentibus coli ſcito nouas nuptas intrãtes domũ coniugalem ſolitas eſſe perungere poſtes adipe ſuillo ut inquit Plinius. uel lupino. ut Maſurius
Vxores ab unguendo. tradit. unde uxores ab unguendo nominatæ ſunt. CVNctus oriens. Nationes orientales. OCCIdens. Populi occidentales. Lucinam appellant: Iunonem lucinam a parturientibus ĩuocari nemo eſt qui neſciat. Lucinã aũt ideo nuncupãt. q lucẽ naſcẽtibus tribuat: a luce quoq; lucecia noĩatur. ſi-
Lucina. cut & Iupiter. lucetius dictus & q lucis cauſa ſit: quodq; nos luce quaſi uita ipa afficiat & iuuet. Mar-
Lucetia cianus Gellius feſtus auctores. Plinius autumat lucinam a loco nominari in quo Romæ condita eſt
Lucretius æedes lucinæ: Ouidius utrũq; etymon complexus eſt his uerſibus: gratia lucinæ dedit hæc tibi noĩa lucus. uel qa principium tu dea lucis habes: Supercilia in Iunonis tutela eſſe prodiderunt. q his pte-
Supcilia in tutela iunonis. gantur oculi per quos luce fruimur: quam lucẽ tribuere putabãt Iunonẽ lucinã. qdam tradũt lucinã Iunonis eſſe filiã: græco myſtico noie ilithiã uocãt: qua dictiõe uſi ſunt & noſtri. Ouidius: præpoſitam timidis parĩetibus ilithian Oratius in carmine ſeculari: Lenis ilithia tuere matres: ſiue tu lucina
Ilithia. probas uocari ſeu genitalis. M. Varro ſentit Iunonem lucinã: eſſe lunã eandẽ & pſerpinam dianãq;: quæ ideo uidet lucina dicta. uel q lucet. uel q lucẽ naſcẽtibus pbet: Luna. n. naſcentiũ dux. a quo pa-
Soſpita iuno. rientes eã inuocãt. IVNO ſoſpita. Soſpitatrix ſalutaris. opifera. alludit ad cognomen iunonis ſoſpitæ. hoc enim cognomine in lanuuino municipio colebat: cui oẽs conſules ſacrificare neceſſe erat. ut docet. M. Tullius in Oratione p murena. Liuius auctor eſt in. viii. lanuuinis ciuitatẽ datã. ſacraq; ſua reddita. ea conditiõe ut ædes lucuſq; ſoſpitæ iunonis cõmunis lanuinis municipibus cũ. Po. Romano eẽt. refert Ouid. in faſtis calẽdis februarii delubrũ iunoni ſoſpitæ dedicatum fuiſſe: apud eũdem Liuiũ leges decẽ uiroꝝ monitu decretũ eẽ in ſecũdo punico bello ut iunioni ſoſpitæ lanuini maiori-
mẽdũ de lanuuio & lauinio. bus hoſtiis ſacrificaret: mẽdũ inoleuit in codicibus liuianis. nã p lanuini paſſim legit lauiniis. ſicut altera quoq; mẽda cõſimilis & cõpar libros Naſonis occupauit. apud quẽ in. vi. faſtoꝝ p lanuuium uulgo ſcribit & legit lauiniũ ſyllaba repugnante & refractaria. ſic. n. loquit iuno ſoſpita & populus laurẽs lanuuiũq; meũ: Soſpitare uerbũ uetus eſt. qđ ſalnũ facere ſignificat: Ennius Regnũ noſtrum
Soſpitare ſoſpitẽt: unde ſoſpitator ſoſpes. & ſoſpita: inclinant. priſci quoq; iunonẽ ſoticenã nuncupauerunt: ut
Soticena Iuno. docet Marcianus Capella: quaſi dicas ſalutarẽ & ſoſpitatricẽ. TOTIVS ſui numinis. Sicut multiiuga ſunt iunonis noĩa. Ita multiplex eſt numẽ & poteſtas: numẽ enĩ dicũt eſſe iperiũ dei a nutu: nã
Numen. pter cognomenta iunonis iã explicata. eandem nũcupant reginã & ſelectã: fluoniã quoq; colunt fœ-
Fluonia. minæ q fluoribus menſtruis præſit: qn etiã februalẽ februã. februatã nũcupant: ex eo q ipſi iunoni
februalis menſe februario ſacra fiebãt: & mulieres februabantur. i. purgabant. populonã plebes curetim bel-
Februa. lãtes memorabant. AVGſta. Sancta ac religioſa. PER fidem. Iuſiurandũ eſt deã fidẽ: cui Numa
Populõa Põpilius ſolẽne ĩſtituit: in cuius ſacrario flamines manu ad digitos uſq; ĩuoluta rẽ diuinã faciebant:
Fides auxilium. ſignificãtes fidẽ tutãdã ſedẽq; eius etiã in dextris ſacratã eẽ: apud auctores freqũes eſt iſta locutio ueſtrã iploro fidẽ pro auxiliũ: qdã codices habẽt non p fidẽ: ſed pſyche tanq̃ iuno nũcupatim pſychen
Nutus. appellet: ut ſit uocatiui caſus o pſyche. NVTVM. Fauorẽ nutus enĩ numinũ ſuffragatio ſignifica-
Renutus tur. ſicut renutus refragatur: Plinius in epiſtolis: Nã ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpõdere uoto tuo poſſum. NVRVS mea. Venerem nurum ſuam iuno appellat uel quia uxor eſt Vulcani iunonis filii. uel quia martis eadem iunone progeniti: utrunque enim coniugem habet uenus.

LEGIbus prohibeor. Titulus eſt apud iuriſconſultos de ſeruo corrupto quo ait prætor qui ſeruũ ſeruamue alienum alienamue recepiſſe perſuaſiſſeue quid ei dicetur dolo malo: quo eum eamue deteriorem faceret in eum quanti ea res erit induplum iudicium dabo: quod ait prætor recepiſſe ita Vlpianus accipit. ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe in alieno loco edificatioue. Item titulo de fugitiuis ſcriptum legimus. q̃ is qui fugitiuum celauit ſeruum fur eſt. Senatus cenſuit ne fugitiuum admittant. ne protegantur a uillicis. his autem qui intra. xx. dies fugitiuos uel dominis reddidiſſent uel apud magiſtratus exhibuiſſent. ueniã in ante actum dedit.

De ſeruo corrupto

De fugitiuo.

tũc ẽt legibus. q̃ ſeruos alienos ꝑfugos inuitis dñis uetãt ſuſcipi: ꝓhibeor. Iſto quoq; fortũæ naufragio Pſyche pterita: nec ĩ dipiſci iã maritũ uolatilẽ quiẽs: tota ſpe ſalutis depoſita: ſic ipſa ſuas cogitatiões cõſuluit. Iã quæ poſſunt alia meis erũnis tẽptari uel adhiberi ſubſidia: cui nec dearũ qdẽ: q̃q̃ uolẽtiũ potuerũt ꝓdeſſe ſuffragia: quo rurſũ itaq; tẽtis laq̃is ĩcluſa ueſtigiũ porrigã: q̃buſq; tectis: uel ẽt tenebris abſcõdita magnæ Veneris ĩeuitabiles oculos effugiã: qn igiẽ maſculũ tandẽ ſumis aĩum: & caſſæ ſpeculæ renũtias fortiter: & ultroneã te dñæ tuæ reddis: & uel ſera modeſtia ſæuiẽtes ĩpetus eius mitigas: q̃ ſcias: an ẽt: quẽ diu q̃ritas: illic ĩ domo matris repias? Sed ad dubiũ obſeqũ: imo ad cretũ exitiũ preparata: pricipiũ futuræ ſecũ meditabaẽ obſecratões. Ad uẽus terrẽis remediis ĩq̃ſitiõibus abnuãs: cœlũ petit iubet cõſtrui currũ. quẽ ei Vulcãus ſubtili fabrica ſtudioſe poliuerat. & ante thalãt rudimẽtum: nuptiale munus obtulerat. lũæ tenuãtis detrimẽto cũ ſpicuũ. & ipſius auri dãno precioſũ. de multis q̃ circa cubiculũ dñæ ſtabulãt: procedũt quattuor candidæ

QVi ens. Potens. ualens. INDIPiſci. Conſequi ac uſurpare: ueteres dicebant: indipiſco. pro peto & uſurpo. Plautus. nec partem tibi adeo cui ſit indipiſcas neq; furem excipies. COGITAtiones cõſuluit. Habuit cogitationes in conſilio tanquam conſiliarias & ſecum ſic ſermocinata eſt. QVAMquam uolentium. Ceres & Iuno uolebãt quidem poſſe ſuffragari erumnis pſyches. ſed non audebant reuerite ueneris poteſtatem. OCVlos effugiam. Percũctatiue pronũtiandum. uidet pſyche nullum eſſe tam tenebroſum latibulum. tãque reconditum: quo poſſit effugere ueneris oculos. qui cuncta ꝑtentãt penetrantq;. & hoc totum phyſice dictum: uis enim ueneris ac potentia nihil intactum, nihil in acceſſum relinquit: hic deus & terras & maria alta domat. Quintilianus in declamatione. quæ inſcribitur apes papaueris. non illas libido ꝓ generat domitrixq; omnium animalium uenus. CAS-

Indipiſco

Domitrix omnium uenus.

ſæ ſpeculæ. Irrite & uane ſpei. ſpecula a ſpe diminutiuo uocabulo deriuatur. quo utitur Plautus ueteres pluraliter dicebant ſperes. Ennius ſpero ſi ſperes. quicq̃ prodeſſe. potis ſunt. MASCVlum. Virilem & ĩpauidum. VLtroneã. Volũtariã & ſuapte ſpõte. Vetus ꝓuerbiũ eſt. Vltroneas putere merces cuius meminit Hierõymus. QVI ſcias? Vnde ſcias. IN domo matris. Probabile uĩ & ſatis credibilie cupidinẽ filiũ reperiri poſſe in materna domo cũ matres in filios ſint longe q̃ patres indulgentiores. DVbiũ oſequium. Neſciebat pſyche an uenerẽ eẽt obſequio mitigatura. & an a uenere in famulatũ reciperet. TERrenis remediis. Venus recuſans ingrere pſychen ope terrena & humão remedio cœlũ petit ĩploratura diuinas ſuppetias. CVRrũ poliuerat. Credibile eſt carrucam ueneris oĩ ornatu cultuq; fuiſſe politiſſimã precioſiſſimãq;: cũ eã fabrilis deus idẽq; maritus fabre fecerit. Matronæ Rõanæ carrucas ex argento celatas fuiſſe Plinius cenſoria caſticatione reprendit, luxũ uidelicet taxans, heliogabalus habuit gẽmata uehicula & aurata, inter currus priſcorũ delicatiores eſt Pãpillũ. de quo lãpridius iũxit & quaternas mulieres pulcherrimas & bias ad pãpillũ uel ternas & ſic uectatus ẽ. celebrãt ĩter uehicula matronalia & baſternas. q̃bus ſimilia dixit Seruius eẽ pilenta enarrãs illud Maronianũ. pilẽtis matres ĩ molibus. De baſternis Amianus marcellinus ſic meminit. matronæ cõplures opertis capitibus & baſternis ꝑ latera ciuitatis cũcta diſcurrunt. baſternæ meminit & palladius q̃dã tenus. ANte thalãi rudimẽtũ. Primũ cõcubitũ cõiugalẽ decẽter & uerecunde ſignificat. NVptiale munus. Apud Iuuenalem de nuptialibus mũeribus. mẽtio fit illo uerſu. Nec illud qđ prima ꝓ nocte datur: cũ lãce beata dacicus & ſculpto radiat germãicus auro. Vulcanus curꝫ hunc ueneri dono dederat ꝓ munere nuptiali. poſt prios cõcubitus maritales. nã cũ uirginitas uxoris oĩbus maritis acceptiſſima ſit ꝓ ea erepta. q̃ reddi neqẽ. munus repentiẽ. tãq̃ ꝑmiũ ſit deuirgĩatæ puellæ: cui nihil uirginitatis flore eſt ꝑcioſius. LVnæ detrimẽto. Significat curꝫ ueneris arcuatum fuiſſe & ad effigiẽ lũæ corniculatæ Figuratum. Lũa. n. ĩ cornua curuaẽ: tenuaẽ: ſentire q̃ uideẽ detrimẽtũ. cũ uero peruenerit ad orbiculatam rotonditatẽ. pleno orbe nihil patiẽ diſpendii. Scite autem dixit auri damno præcioſum. Nam cum auꝫ in effigie currus corniculata deeſſet. prout fabrica talis depoſcit. damnũ auri fieri in uehiculo dicebaẽ. idq; ex tali detrimento fiebat uenuſtius.

Specula.

Speres.

Pãpillũ, quid.

Baſternæ.

Pilenta.

Nuptialia mũera

colūbæ.& hylaris iceſſibus picta colla torquentes:iugū gémeū ſubeunt.Suſceptaq; domina lætæ ſubuolant:currū deæ proſequentes:gannitu cōſtrepenti laſciuiunt paſſeres.& cæterę q̄ dulce canticant aues melleis modulis ſuaue reſonantes:aduentū deæ ꝓnunciant.cedunt nubes.& cœlum filiæ panditur.& ſummus æther cum gaudio ſuſcipit deam.nec obuias aquilas:uel accipitres rapaces: pertimeſcit magnæ Veneris canora familia.Tunc ſe protinus ad regias Iouis arces dirigit.& petitu ſuperbo Mercurii dei uocalis operæ neceſſariā uſurā poſtulat.Nec renuit Iouis

COLVMbæ candidæ.Columbas tutelæ ueneris aſſignant poetæ & nullus ignorat.cuī uel illud tantum notum ſit.Tum maximus heros maternas agnoſcit aues lætuſq; præcatur.Autumant eruditi columbas ueneri conſecratas eſſe propter fœtum frequentem & coitum.Mythici de columbis ueneri dicatis hæc fabulātur.Venus & cupido cum quodam tempore uoluptatis gratia in quoſdam campos deſcendiſſent laſciua contentione certare cœperunt quis ſibi plures gemmantes colligeret flores.quo in certamine ludicro uictus eſt cupido.Si quidem nympha nomine periſtera ſubito accurrit.& adiuuando uenerem ſuperiorem effecit ex quo indignatus cupido puellam demutauit in columbam:quæ a græcis periſtera appellatur.Sed pœnam honor minuit:uenus nāq; in cōſolationé tráſſigurationis colūbam in tutela ſua eſſe uoluit. Albertus magnus.homo eruditior q̄ eloquentior.columbos ex eo appellari opinatur.quaſi colentes lumbos: ſed male:nam ut docet.M.uarro.a columinibus uillarum columbæ dictæ: græci periſterotrophium & periſtereona uocant: quod noſtri columbarium:quanuis apud.M.Varronem colūbaria proprie ſint loculamenta.quæ ſingulis paribus intra periſterotrophion aſſignantur columbarius uero columbarum cuſtos & educator nominatur.Nihil columbis fœcundius.Nam diebus quadragenus concipiunt pariūt ícubant educāt.& hoc fere totū annum faciūt.Illud adde colūbar ſignificare genus uinculi apud ueteres.unde Plautus in rudēte feſtiuiter inqt.In colūbari collus haud multū poſt erit. HILAris.Hilarus in ſecūdo ordine.& hilaris i tertio declinat.ſicut exanimus & exanímis hilareſcere eſt hilaré fieri & lætum hilarari eſt iucūdari.& hilaritate ꝑfundi.ueteres hilaritudinem pro hilaritate dixerūt.Plautus honera te hilaritudine hilarodos apud antiquos dictus laſciui & delicati carminis cātor.

Picta colla.Torquatā colūbā appellat Propertius illo uerſu.At tu torquatæ uenus o regina columbæ.a torquæ uidelicet quo circa colla inſignitæ cōſpiciunt.Arceſilas philoſophus iutuens columbinū collum ꝓbabat icōprēſibilitaté.ſiqdé colūbarum ceruix uariis colloribus nitet.quotiés aliquo deflectit.ut auctor eſt Seneca in.i.quæſtionū.hinc cæſar uero diſertiſſime colla tiberiacæ ſplendēt agitata colūbæ.Lucretius quoq; de multiplici uarietate coloris circa colla colūbarum facūdiſſime ſcribit: huiuſce rei non ignarus Hieronymus contra Iohāné origeniſtá ſic inqt.colūbaꝝ colla ad ſingulas cōuerſiōes coloré mutátia. PASſeres.Nō imerito paſſeres in famulitio ſunt ueneris quos cōſtat eé libidinoſiſſimos Plinius in.x.refert ſalacitaté colūbaꝝ & paſſeꝝ eſſe cōparé.hic illud uernis paſſeribus ſalaciores.Annotatu dignū eſt priſcos ſtrutheū dixiſſe uirile membrū a ſalacitate paſſeris.qui græce στρουθος dicit. MELleis modulis.Democritus noiat aues quaſdā quaꝝ cōfuſo ſanguine ſerpés gignatur qué quiſquis ederit intellecturus ſit alitū colloquia:Apollonius tyaneus ſermoné auiū callebat:q olim ſpectans ad paſſeres in arbore cōſidentes.Veniſſe unū aliunde paſſerculū gánitu & uoce obſtrepenté:conctoſq; illū ſecutos euolaſſe:dixit ad ſocios paſſer ille reliquis nūciauit ſe inueniſſe frumentum ſparſum in angiportu:& cibi affatim.his uerbis per multi commoti iure ſpectatum & ita factum eſſe ꝑut ille ꝑdixerat miracūdi iuenerūt. CEdunt nubes.Aduentu ueneris cuncta diſſerebāt omniſq; cœli triſtitia diſcutit. COElū filiæ pandit.Myrthici fabulant uenerē ex pudēdis cœli abſciſſis in mareq; ꝓiectis ꝓcreatam q̄ a ſpuma.unde coaluit aphrodites nomé accœpit. CAnora.Nō minus decēter q̄ elegáter canoram ueneris familiam appellat itelligi uolés auiculas dulciſono cātu cōſtrepentes comitanteſq; uenerem dominam inſtar famulaꝝ. PEtitu.Petitiōe. VOcalis operæ.Senſus eſt.petit uenus a Mercurio ut ſibi pauliſper uſum præcōis accommodet fungaturq; præconio in pſyche diſquirenda.præconis autem opera uocalis eſt.& miniſterium uocaliſſimum.Mercurium autem præconem nuntiumq; deorum eſſe tradunt:cui ſermonis poteſtas tributa perhibetur.ideoq; Mercurius quaſi medius currens dicitur appellatus: q ſermo currat inter homines medius.ideo hermes græce q ſermo uel interpretatio:quæ utiq; ad ſermoné pertinet hermenia dicitur ideo & mercibus præeſſe.quia inter uendentes & ementes ſermo ſit medius.ideo alas ei in capite & pedibus ponunt uolentes ſignificare uolucrem fieri per aera ſermonem.ideo nuntium dicunt quoniam per ſermonem omnia cogitata enuntiantur.græce dicitur διακτορ quaſi internuntius:fulgentio furatrinus Deus nominatus q furtis præſit. VSVram.Vſum.M.Tullius huic uitæ uſuram eripere uis inde uſuraria fœmina Plato ab uſura hoc eſt uſu noiata.iuriſcōſulti uſuarium ab uſu nūcupant:eū cui uſus legatus eſt.Apud eoſdē uſuarius ſeruus & uſuariæ ancillæ dicunt:quorū uſus ſit legatus.

Colūbæ ueneri dicatæ.
Periſtera nympha
Periſtera colūba.
Colūbus unde.
Periſterotrophiū.
Colūbarium.
Columbarius.
Colūbar.
Hilareſcere.
Hilarari.
Hilaritudo.
Hilarodos.
Torquata columba.
Colla columbaꝝ uerſicoloria.
Paſſeras i famulatu ueneria.
Strutheū
Struthos paſſer.
Apollonius intelligebat uoces auium.
Aphrodite.
Miniſterium ꝑconis uocaliſſimum
Mercurius unde.
Hermes.
Hermonia.
Furatrinus.
Vſuraria
Vſuarius.

CErulum ſupercilium. Ex homero ſumptũ epitheton ſupercilii iouialis: qui ait κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων idest annuit Iupiter cerulis ſuperciliis. nam cyaneus color eſt græco uocabulo ceruleus ſubuiridis ſubniger qua dictione frequenter utitur Plinius. PR Aterarcadi. Fratrem arcadum mercurium ex eo appellat quod in arcadia natus ſit. Namq; in cyllene arcadiæ monte maia ex Ioue Mercurium enixa eſt. ex Ioue quoq; natam uenerem. & dione ſabulatores tradũt. SINE mercurii præſentia. Hoc ex ſiderali doctrina & aſtrologico apoteleſmate ſumptum. namq; mercurii ſidus proximum ſtellæ ueneris inferiore circulo fertur. & ut auctor eſt Iulius Firmicus ſi ueneri in horoſcopo cõſtitutæ mercurii ſe ſtella coniunxerit: & in eodem ſigno & hiiſdem partibus partiliter fuerint conſtituti coronatos facient & muſicos: qui omnium admiratione laudentur: item Mercurius & uenus in horoſcopo partiliter conſtituti in diurna genitura facient præfectos theſaurorum regionum. Oratores, grãmaticos, legũ inuentores, ſi uero per noctem in horoſcopo partiliter fuerint inuẽti facient acutos igenioſos: & qui omnia quæcũq; agere uoluerint facile conſequantur. quorũq; oratio ac ſermo plenus ſit leporis ac gratiæ: præterea ueneris ſtella: nũquam lõgius quadragintaſex partibus. Mercurius uero uigiti a ſole abſcedunt. ANCILlam. Pſychen. TVO præconio. Mercurium deorum nuncium dici nullus ignorat. utpote ſermonis deum. qui ideo Mercurius, quaſi medius currens creditur appellatus ꝙ ſermo currat inter homines medius. ſicut Hermes græce. ꝙ ſermo uel interpretatio ſignificatur. hinc Plautinus Mercurius ait. Nam uos quidem ſcitis conceſſum & datum mihi eſſe ab diis aliis nuntiis preſim & lucro. Diodorus auctor eſt in. vi. bibliothecæ præconia & præcones mercurio aſſignari. qui internuntii eſſe ſolent. ipſum uero præconem deorum eẽ: & qui mandata diligenter exequatur. Martianus capella famam præconantem non inſcite facit uocare nominatim deos in conſiſtorium cœleſte cum nullum ſi præconium maius ꝗ famæ uocaliſſimæ.

Cyaneus color.

Mercurius i horoſcopo Venus.

Præcõia aſſignant

Fama ꝓconans.

cerulũ ſuperciliũ. Tunc ouans ilico: cõmitante ẽt Mercurio. Vẽus cœlo demeat. eiq; ſollicitæ ſerit ṽba. Frater Arcadi ſcis nẽpe ſororẽ tuã Venerẽ ſine Mercurii preſẽtia: nil unq̃ feciſſe nec te preterit utiq;: q̃to iã tẽpore deliteſcẽtẽ ancillã nequeri repire. Nil ergo ſup ẽ: q̃tuo precõio premiũ inueſtigatiõis publicitus edicere. Fac ergo mandatũ matures meũ: & indicia qbus poſſit cognoſci manifeſte deſignes. ne ſi qs occultatiõis illicitæ crimẽ ſubierit: ignorãtiæ ſe poſſit excuſatione defendere. & ſimul dicẽs libellũ ei porrigit: ubi Pſyches nomẽ continebaᷣ: & cætera. quo facto ꝓtius domũ ſeceſſit. Nec Mercurius omiſit obſequiũ. Nam ꝑ oium ora populorũ paſſim diſcurrẽs: ſic mãdatæ predicatiõis munus exeqbaᷣ. Si qs a fuga retrahere. uel occultam demõſtrare poterit fugitiuam regis filiam Veneris ancillam nomine Pſychen: conueniat retro metas muritias:

PVBlicitus. Publice. OCcultationis illicitæ. Qui occultat alienũ ſeruũ in eũ pœna cõſtituta eſt. & ut inquit Vlpianus. is qui fugitiuum celauit ſeruũ. fur eſt. epiſtola quoq; generali diuorum Marci. & cõmodi pœna in eũ ſtatuta eſt. qui apud ſe quæri prohibuit: quæ declarat & præſides & magiſtratus & milites Stationarios adiuuare debere dominos in inquirendis fugitiuis & ut inuentos reddãt: & ut hi apud quos deliteſcant puniantur. ſi crimine contingantur. IGNOrantiæ excuſatione. Ariſtoteles libro tertio ethicorum commiſſa per ignorantiam punienda eſſe cenſet: ſi ipſe committens cauſa ignorantiæ fuiſſe uideatur. puniuntur & ignorantes aliquid ex his quæ legibus continentur. quæ utiq; ſcire oportet nec difficilia ſunt. & quæ per negligentiam ignoranᷣ. in lege moſayca dãnaᷣ ignorantia & punitur: ſuper qua re ſubtiliter & copioſe ſcribit diuus Hyeronimus aduerſus pelagiãos: apud Oratores. ĩ partibus purgationis ẽ ĩprudẽtia: ꝑ quã is q arguiᷣ aliqd ſciuiſſe negaᷣ. & ignorãtiæ excuſatiõe defendiᷣ. ut apud quoſdã. lex erat ne qs dianæ uitulũ imolaret. nautæ qdã tũ aduerſa tẽpeſtate in alto iactarenᷣ uouerũt ſi portu potiti eẽnt ſe ei deo q ibi eẽt uitulũ imolaturos. caſu erat in eo portu fanũ dianæ eius. cui uitulũ imolare nõ licebat. ĩprudẽtes legis cũ exiſſent uitulũ imolauerũt accuſanᷣ ꝙ cõtra legẽ fecerit. Defendũᷣ ignorãtiæ ĩprudẽtiæq; ꝑſidio. ap̄ iuriſcõſultos lata culpa dr̄ nimia negligẽtia. i. nõ itelligere ꝙ oẽs itelligũt. LIbellũ. Ex ritu ꝑcõis: q uel ex libello ꝑconiũ facit. uel ſcriba ſubiiciente proclamat. OBſequiũ. M. Tullius exiſtimat obſequium eẽ uerbum Terẽtianum: & ab ipſo Terentio primitus uſurpatum. Donatus. M. Tullium refellit. cum Plautus & Neuius ante Terentium dixerint obſequiũ. obſequibiles dicti officioſi & ad obſequiũ propenſi. MAndatæ prædicationis. Iniuncti a uenere præconii. MEtas murtias. Venerem priſci murtiam cognominarunt. a myrto uidelicet. quæ arbor ueneri dicata eſt. & ut refert Plinius in. xv. ara fuit Romæ uetus ueneris myrteæ: q̃ nunc murtiã uocant. murtiæ deæ ſacellum erat ſub monte auentino: ut apud ſcriptores idoneos reperio. in libro Annotationũ enarratũ reperies illud Liuianum ex libro primo hiſtoriarũ ad murtiæ datæ ſedes: ubi ſcripſimus murtiæ Veneris templũ ſignificari elocutione apud

Qui fugitiuũ celat fur eſt.

Punitur ignorantia.

Exẽplũ rhetoricorum.

Lata culpa.

Obſequũ i quo repnſus cicero

Obſequibiles.

Murtia Venus.

eruditos uiſitatiſſima.nunc ſcite ſcienterq; Apuleius alludens ad cognomentū hoc murtiæ ueneris
ſimulq; ad ſacellū illi ſub auentino monte dedicatū.ait eū qui indiciū facturus ſit inuentæ pſyches
conuenire debeᷓ ipſū mercuriū ad metas murtias, hoc eſt ad ſedē domiciliūq; deæ ueneris:q mur/
tia quaſi myrtea cognominaᷓ ut illic capiat mercedulam indicii. Murcea uero dea eſt deſidioſorū
Strenua. ſicut ſtrenua uegetoꝝ.ex eo nominata.q; præter modū faceret hominē murcidū ideſt nimis deſidio
Murci/dus. ſum:auctores Pōponius & Auguſtinus.illud addendū murcos appellari homines qui munus mar/
tiū pertimeſcentes pollicem ſibi
Murci q. præcidunt.ex eo opinor dictos q
murcidi ſint & ex formidine deſi
dioſi.ad res bellicas obeundas.

Mercuriū prædicatorē accepturus indicii noīe: ab ip/
ſa Venere.vii.ſauia ſuauia. & unū blandientis adpul/
ſū linguæ lōge mellitū. Ad hunc modū pronuntiante
Mercurio tāti premii cupido: certatī oīum mortaliū
ſtudiū arrexerat. Quæ res nūc uel maxie ſuſtulit Pſy
ches oēm cōtationē. Iāq; fores eius dūæ ꝓximāti: oc
currit una de famulatiōe Veneris: noīe cōſuetudo ſta
tiq; quantū maxie potuit exclamat. Tandē ancilla ne
qſſima dominam hrē te ſcire cœpiſti: An pro cætera
morū tuorū temeritate: iſtud quoq; neſcire te fingis:
q̄tos labores circa tuas iqſitiōes ſuſtiuerimus: Sed bū
q; meas potiſſimū māus icidiſti: & īter orci cācros ia ip
ſos adhæſiſti: datura.ſ.actutū cōtūatiæ tantæ pœnas.

PRAEdicatorem. Præconem
ꝑconiūq; factitantem. SEptem
ſuauia ſauia. Ideſt ſeptem oſcula
mellita & dulcia.Ideo autem ſep/
tem dixit ꝓpter ſeptenarium nu/
merum. qui pleniſſimus potētiſ/
ſimuſq; eſt:de quo plura ī libello
ſeptem ſapiētum. NOmine in
dicii.Moris eſt ut indici ob rē in/
dicatā præmiū conſtituatur:ſicut
uindicio illi proditionis indici pe
cunia ex ærario. & libertas & ciui
tas data ſunt ꝓ præmio. Alio no/
Indicina. mine indicium dicitur indicina.
ADpulſum. Adpulſionem: ui/
brationemq;:& ferruminatiōem
linguæ:cum lingua.labelli cum labello.Quod ſuauiolum eſt dulci dulcius ambroſia.quod genus ba
ſiationis intelligi uoluit Plautus cum ait.fac me proſerpentem beſtiam duplicem ut habeam linguā.
Appulſus alias appulſus eſt pecorum acceſſus.ad aquam ut apud iuriſconſultos. CVPIdo. Cupiditas. SV/
ſtulit. Remouit abſtulit. PROximanti. Pſychæ appropinquanti ad fores dominæ ueneris. DE
Miniſte/ria. famulatione. De famulitio miniſterioq;.interdum miniſteria pro ipſis miniſtris ponuntur. ſicut &
miniſterium pro miniſtratoribus quoq; poſuit Plinius. CONSVEtudo. Sciti ſſime conſuetudi/
Cōſuetu nem ueneri miniſtram facit.quoniam ut inquit Lucretius conſuetudo concinnat amorem:& ex cō/
do uene/ ſuetudine ueneris incentiua & æſtus efferueſcunt. Lelius apud Ciceronem auxit inquit beniuolentiā
ris pediſ/ conſuetudo. Conſimiliter Marcianus.conſulto dat periergiam philologiæ pediſſequam & agrypni/
ſequa. am ancillam.ſiquidem περιεργία dicitur ſedulitas.& egrypnia.uigilia interprætatur ſine ſedulita/
Periergia te autem & uigiliis ad philoſophiam aſpirare non poſſumus. ANCILla nequiſſima. Obiurgatio
Agripnia eſt ſeria & criminoſa in pſychen.quæ ancilla nomine probroſo a conſuetudine nominatur. cum ue/
Ex mori nerem dominam habeat.ancilla enim & domina relatiua ſunt nomina. ut patronus & libertus. ut
bus ancil rex & paraſitus.uetus uerbum eſt.ex moribus ancillarum dominas perſæpe perpendi. SED BE/
larū do/ ne. Scilicet eſt uel habet uel quippiam conſimile. INTRA orci cancros. Cancri dicebantur ab anti/
minæ quis clauſtra & ſepta.nunc diminutiuo uocabulo cancelli.fiunt autem lignis in tranſuerſum per mo
noſcunᷓ. dica interualla connexis:ad ſimilitudinem retis.quibus ſæpe ſacella.& ediculæ ſacræ ſepiuntur ne ꝓ
Cancri. ſanis pateant feneſtræ quoq; his muniuntur & ſcenæ. M. Tullius in oratione pro quintio & me faci/
Cancelli. le reuocatione ueſtra reuocabitis ſi extra hos cancellos egredi conabor quos mihi ipſi circundedi.
Sidonius excluſa uelis incluſa cancellis. M. Varro in libro de uillaticis paſtionibus poſituram cancel/
lorum ſubiicit oculis legentium.his uerbis. præterea & perticis inclinatis ex humo ad parietem &
Cancelli in eis tranſuerſis gradatim modicis interuallis perticis annexis ad ſpeciem cancellorum ſcænico/
ſcænici. rum ac theatri. Cancellare uerbum eſt in ore uulgi & indoctorum frequentiſſimum: quod tamen
Cancella a latinitate non abhorret. Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis.ita in delendis ſcriptu/
re. ris inducuntur tranſuerſo calamo notæ lineæq; atramentariæ.iuriſconſultus titulo de his quæ in te
ſtamento delentur.cancellauerat quis teſtamentum.nel induxerat.inde cancellarii hodie quoque no
Cancella minantur. Dictione uulgaria quidem:ſed tamen latine.quorum officium eſt ſcribere & ſcripta dele/
rii. re cancellareq;. Flauius uopiſcus in carino. præfectum urbis unum ex cancellariis ſuis fecit. Plinius
Cācellata ſcribit cancellatam cutem eſſe elephantis.eaq; extenta recipi examina muſcarum. mox artatis in ru/
cutis. gas repente cancellis compræhenſas enecari.idem refert quempiam prodigioſis uiribus prædirū ha/
Cācellatī buiſſe neruos rectos & tranſuerſos cancellatim in toto corpore.ſenſus eſt Apuleii.pſychen intra clau
Cancelli ſtra & cancellos Plutonis adhæſiſſe: tanquam ſignificet nullum illi effugium amplius ſupereſſe:cum
orci ieffu orci quaſi faucibus forcipibuſq; incluſa continetur. cancellos autem orci quis euadere poſſit? quis
gibiles. perrumpere? cum ſint adamantini & ineffugibiles. ACTVTVM. Statim. confeſtim. ſine dilatione.

AVDAciter. Cõtra Quītiliani ꝓceptū audaciter dicere maluit q̄ audacter. uerba Quintiliani ex libro primo hæc ſunt. inhærēt tamē qdā moleſtiſſima diligētiæ puerſitate. ut audaciter potius dicant q̄ audacter: licet oēs oratores aliter ſequātur. CACHInū. Riſum ſolutiorē: Galēus in libro de motibus negat ſe ſcire cām riſus. & cachini erumpentis ex alarū titullatu: Decachinamur dixit Tertullianus ꝓ deridemur. SCALpēs aurē. Signū eſt furētis. īdignātiſq; quaſſare caput. & ſcalpare aurē. refert Plinius poſt aurē dextrā eē locū nemeſios deæ: quo referrimus tactu ore proximū a minimo digitum: ueniam: ſermonis a diis ex poſcentes. eſt autem Nemeſis dea græca ultrix īpiorū: præmiatrix bonoꝝ puniens ſuperbos regina cauſaꝝ arbitra reꝝ: q̄ latinum nomē nō hēt: q̄uis eius ſimulachrū Romæ fuerit in capitolio de qua Marcellinus. Macrobius. Plinius Antimachus. catullus: cæteri. rhānuſiam poetæ frequenter appellitant dicitur: & adraſtia. pinnas nemeſi fabuloſa uetuſtas aptauit: ut adeſſe uelocitate uolucri cunctis exiſtimetur: hæc uoluntatum noſtrarū exorſa multiplicesq; actus permutando conuoluit. nunc erectas mentium ceruices opprimēs eneruat. nunc bonos ab immo ſuſcitans ad bene uiuendum extollit. Sed ad ꝓpoſitum: qui iraſcitur & ex indignatione ſub ſanat. aurē ſcalpit. cōtra de effeminatis & impudicis ꝓditū ē. quod uno digito caput ſcalpunt: ſicut olim de Pōpeio dixit caluus mordaciter. digito caput uno ſcalpit quo credas hunc ſibi uelle uirū: ex quo illud Satirographi trāſlatum: qui digito ſcalpūt uno caput. Seneca ī epiſtolis ad Luciliū īpudicū inqt oſtēdit relatus ad caput digitus. INter uiſcero. Quaſi ex īteruallo uiſitare: qđ & īuiſcere dicimus: Dōatus uiſere inqt officii ē: uidere q̄rētis aliquē. BOnā nurū. Irōicos: īter ſocrus & nurus: quoddā q̄ſi genuinū & naturale diſſidiū ē: ī lepti urbe ſemibarbara moris ē: ut nurus altera die ſocrū ollā mutuā poſtulet: cui illa ſtati negat ut ſcias illud uerum eſſe Terētii. qđ cōſulto ambigue protulit: qđ ē hoc. oēs ſocrus oderunt nurus. SOLlicitudo atq; triſtities. Nō īſciēter neq; inſubtiliter ancillas ueneris ſolitudinē atq; triſtitiam eſſe autumat. cū amor oīs ſollicitus ſit & anxius: pluſq; triſtitiæ & amatoris ſit ī ueneris contubernio q̄ dulcedinis. Catullus de uenere ſpinoſas erycina ſerēs in pectore curas. Plautus in ciſtellaria. Amor & melle & felle ē fœcūdiſſimus guſtu dat dulce. Amaꝝ ad ſacietatē uſq; aggerit. idē Plautus ī mercatore curā & egritudinem ſectari amorem memorat. Merito ergo pſyche tradit a uenere torquēda ſollitudini triſtitiæ: q duo tortores animos amātiū torquēt cruciabilitatibus impatibilibus. Amor. n. apud homines carnificinam cōmētus eſt: ut uere credit Plautinus amator. q iactor inqt crucior. agitor. ſtimulor. uerſor in amoris rota miſer. HErile ꝓceptū. Veneris heræ. & dominæ. VENtris lenocinio. Vterus fœminæ turgidus. & ꝓgnatio cōciliat fauorē. & quodā q̄ſi lenocinio blādimēta conquirit: idq; potiſſimū apud ſocrū q̄ futura eſt auia. Tales. n. īprimis fœminæ nepotuloꝝ deſiderio capiunt. VOcabor auia. Thetis apud Papiniū optat fieri auia. & ſinu portare nepotulū. ē. n. nomē aui & auiæ optatiſſimū parentibus īter exēpla fœlicitatis memorat diuus auguſtus: q neptis ſuæ nepotē uidit. M. ſyllanum. AVdiet. Nominabit diceturq;. id. n. audimus qđ dicitur. IMpares nuptiæ. Argumētat uenus legitimas nuptias nō uideri īter cupidinē & pſychen ob diſparilitatē. & q̄ res acta eſt furtim ſine teſtibus: ſineq; parētis uolūtate. Vnde cōſequēter colligit eū q ex tali cōcubitu naſcet minime legitimum futurū: ſed ſpurium & nothū. Boetius ī cōmentariis Topicoꝝ tradit nuptias nō eē iure contractas. q̄ non aut īter ciuē Romanū ciuēq; Romanā iūgebāt. aut cui princeps populus ue ciuitatē uel cōnubiū non permiſiſſet & ex impari matrimonio ſuſcepti non patrem ſed matrem ſecuntur. hinc in Topicis exemplum hoc eſt. quædam Romana uel cum latino. uel cum peregrino. uel cum ſeruo. uel cū quo ius connubii non erat nuptias fecit. Dotem contulit factoq; inter eos diuortio cōtenditur: an nuptæ mulieris cum eo quo ius connubii non erat apud uirum dotis pars poſt diuortium debeat permanere. Decem uiri qui leges Decem uirales condiderunt lege ſanxerunt ne partibus connubium cum plebe eſſet: tanquam tales nuptiæ impares ſint: & ob hoc minime legitimæ. Sed cum contu/

& audaciter ī capillos eius ī miſſa manu: trahebat eā: neq̄q̄ renitētē. quā ubi primū inductā oblatāq; ſibi cōſpexit Venus: lætiſſimū cachinū extollit: & qualē ſolent furēter irati: caputq; quatiens: & ad ſcalpēs aurē dexterā. Tādē inqt dignata es ſocrū tuā ſalutare? An potius maritū q uulnere tuo piclitat: iteruiſere uēiſti: Sed eſto ſecura. iā eni excipiā te. ut bonā nurū cōdecet & ubi inqt ſollicitudo: atq; triſticies ancillæ meæ. qbus intro uocatis: torquendā tradidit eā. At illæ ſequētes herile preceptū: Pſychē miſellā flagellis afflictā & cæteris tormētis excruciatā: iteꝝ dominæ cōſpectui reddunt. Tūc rurſus ſublato riſu Venus. Et ecce inqt nobis turgidi uētris ſui lenocinio cōmouet miſerationē: unde me præclara ſobole: auiam beatā ſcilicet faciat. Fœlix uero ego: quæ in ipſo ætatis meæ flore uocabor auia. & uilis ancillæ filius: nepos Veneris audiet: quāq̄ īnepta ego: fruſtra filium dicam: impares eni nuptiæ:

- Audaciter.
- Decachinamur.
- Nemeſis dea.
- Rhannuſia.
- Adraſtia.
- Vno digito caput ſcalpunt.
- Scitū calui in pōpeium.
- Mos leptitanoꝝ.
- Amphibolon.
- Socrus oderunt nurus.
- Sollicitudo & triſtities ancillæ ueneris.
- Amor. carnifex.
- Nepotē neptis uidit auguſtus.
- Nuptiæ iure contractæ.
- Exēplū īparis matrimonii

melia hæc plæbis iſignis eſſe uidereť.lege canuleia cõnubia iter patres & plebẽ ꝓmiſcua facta ſunt:ut copioſe explicat Liuius in.iiii.ꝑterea legimus apud iuriſcõſultos lege papia caueri ne ſenatoribus eorũq; liberis libertinã uxorẽ habere libere liceat. PRæterea i uilla.Nõ uideo cur i uilla factæ nuptiæ nõ ſint legitimæ cũ & ipſe in apologia ſcribat uxorẽ multo auſpicatius in uilla q̃ i oppido duci.In ſolo uberi q̃ in loco ſterili.nec lex Iulia de maritãdis ordinibus ad hũc modũ uſq̃ ſic iterdicit uxorẽ i uilla ne ducito:forſitã nuptias i uilla factas iprobat.ob ſolitudinẽ.Vbi nullis teſtibus qđ nefas ẽ: pſyche cudidini copulata ẽ. PAtre non cõſentiẽte.Scribit Paulus iuriſcõſultus nuptias conſiſtere nõ poſſe niſi cõſentiãt oẽs.i.q coeunt:quorũq; i poteſtate ſũt: & ut auctor ẽ Vulpiãus:ſi nepos uxorẽ uelit ducere auo furente:omnimodo pr̃is auctoritas erit neceſſaria: ſed ſi pr̃ furiat:auus ſapiat ſufficit aui uolũtas.Si ita pr̃ ab ſit: ut ignoreť ubi ſit:& an ſit:qđ faciẽdũ ſit merito dubitať:& ſi trienniũ effluxerit poſtq̃ aptiſſime fuerit patet ignotus ubi degit & ſupſtes ſit:nõ ꝓhibenť liberi eius utriuſq; ſexus matrimonium uel nuptias legitime contrahere.

cõnubiũ nõ eſt patricio cũ plebeio. canuleia lex. Auſpicatius i uilla nuptiæ.

& præterea in uilla:ſine teſtibus:& patre nõ cõſentiẽte factæ:legitimæ nõ poſſunt uideri. Ac per hoc ſpurius iſte naſcetur:ſi tamẽ partũ oĩno perferre te patiemur. His editis inuolat i eã.ueſtẽq; pluriſariã diloricat: capilloq; diſciſſo:& capite conquaſſato grauiter affligit: & accepto frumento: & ordeo: & milio: & papauere:

SPVRIus.Vulgo cõcepti ſolent ſpurii appellari:uel quaſi ſine patre filii: uel a græca uoce: σπορου qđ ſignificat pudẽda.& ita legẽdũ eſt libro primo iſtitutionũ:ubi mendoſa dictio paſſim reperitur:& perperam exponiť ab acurſio.auctor eſt Plutarchus in problematis ſabinos uxoris pudenda ſporion appellare:& inde ſpuriũ dictũ:purior illa iterp̃tatio eſt:ut ſpurius dicatur quaſi ſine patre: neq; enim hi patrẽ habere intelligũtur.iter p̃noia antiquorũ duabus litteris.Sp.ſpurius notať: quod apud hiſtoricos ſæpiſſime iuenies. IOVOlat i eã.Vola manus & pedis media pars dicitur auctores Donatus & Seruius.unde & iuolare dicimus cum aliqd furtim uola manus ſubtrahitur:& inuolare rurſus cũ uiolẽtæ manus i aliquẽ dirriguntur:Terẽtius in eunucho uix me cõtineo qn inuolem i capillũ.& minæ iſtæ ꝓprie fœminaꝝ ſunt:unguibus ſæuiẽtiũ:Nã ut inqt Lucretius.arma antiqua manus ungues denteſq; fuerũt. DILORIcat.Diſcindit dilacerat.diſcerpit.M.Tullius in ſecũdo de oratore.nõ dubitauit excitare reũ cõſularẽ & eius diloricare tunicã.& iudicibus cicatrices aduerſas ſenis iperatoris oſtendere:Quod diloricat dixit:alibi idẽ exẽplũ memorans inqt.Tunicã a pectore diſcidit: ut intelligamus diloricare & diſcindere eodẽ itellectu uſurpari.Egeſippus i q̃rto.momentanei bellatores gladios occulẽtes quẽcũq; reperiebant diloricabant.uideť dici diloricare.quaſi loricam diſſoluere:atq; diſcludere:ſicut diffibulare eſt diſcindere & fibulã reſoluere:Statius i.vi.Thebaidos.& rorto chlamydem diffibulat auro. PLVRIſariã.Pluribus in locis:& partibus. CONfuſis in unũ glomulũ:Venus aceruauit cõglobauitq; hæc oĩa cõfuſaneo aceruo facto:& uix ſeparabili: ut ita grauius torquæret fatigaretq; pſychen in diſcernẽda congerie:glomus accipiť ꝓ glomere:ſiue glomeratione & quadã quaſi aceruatione.Plinius tradit in.xxxvi.ſi qs iproperet itra labyrinthum ſine glomere lini exitum inuenire nõ queat:glomus i ſacris appellať cruſtulũ cimbũ figura:qđ obſonii genus eſt grumus uero dicitur agger:ſiue collectio terræ minor tumulo.a congerie dictus.hinc exgrumantes decẽtiſſimo uocabulo Varroniano dictæ cochleæ.quaſi grummos eruentes & ex grummis exilientes.

Spurius qui. Dictio mẽdoſa i prĩo iſtitutionũ. Sp. Inuolare. diloricat. Diffibulare. Glomus. Glomen. Grumus. Exgrumantes.

ACCEpto frumẽto & ordeo.Ex pliniana diſtinctiõe frumẽti appellatiõe hordeũ cõtineť: duo.n.pria frugũ genera facit Plinius.frumẽta ut triticũ & hordeũ:legumia:ut faba & cicer.uideť hic Apuleius frumẽtũ pro tritico poſuiſſe ſpeciali quodam ſignificatu.frumẽta aũt & fruges a fruendo dicta: frui ẽ ueſci a frumine.q̃ eſt ſumma pars gulæ.p frumẽ eñi eſculẽta delabunť.hordeũ uero antiquiſſimũ i cibis ſicut atheniẽſiũ ritu menãdro auctore apparet:inde gladiatores hordearii appellati.polentam græci ex hordeo p̃ferũt:panẽ hordeaceũ antiqs uſitatũ uita dãnauit.Plinius hordeũ inter genera frumẽti nũerat:aitq; id ex oĩ frumẽto minime calamitoſum eẽ & frugũ oĩum molliſſimũ:quæri ſolet cur a Columella hordei genus exaſtichũ ſit noĩatũ.& aliud qđ diſtichũ uocãt.diciť ãt exaſtichum id cuius ſpicæ ſenos ordines habent.ſicut diſtichon q̃ binos.græce diciť κριθη ordeũ & κριθινοσ ordeacius. ET MIlio.Quidã putat miliũ cœpiſſe nomẽ a maxia numeroꝝ ſumma q̃ eſt mille.græci κεγκρον uocant:panis e milio fit.q ante q̃ refrigeſcat ſine faſtidio põt abſumi.Milio cãpania gaudet: pultẽq; cãdidã ex ea facit.Sarmatarũ quoq; gẽtes hac maxĩe pulte alunť: Ethiopes non aliam frugem q̃ milii hordeiq; nouere:milii purgamẽta apludã uocãt.auctore Plinio. Gellius uero & Nonius tradunt ruſticos ueteres dixiſſe apludam frumenti furfurẽ:ſicut floces uini fecẽ:Miliariæ auiculæ ſunt: ex eo dictæ q milio fiãt pingues. ET PApauere.Papaueris ſatiui:& ſpõte naſcẽtis genera & medicinas pcenſet Plinius in.xix.&.xx.græce μηκων diciť:unde meconiũ ſuccus papaueris uocať:multum opio ignauior:Meconiũ quoq; uocãt ſordes infantiũ aluo editarũ:qđ Ariſtotelis interpres papauerculum interprætatus eſt:qđ colore cruẽtũ,atq; admodũ nigrũ.& piceum eſt.κωδεια caput papaueris noĩatur a græcis.indeq; medicamẽtũ diacodion dictũ:qa ex papauerum capitibus cõficitur:cuius Plinius & Galenus meminerũt.papauer cereri attribuitur pp fertilitatem unde Epitheto poetico ce-

Frumẽta. Legumia. Frumen. Hordearii. Exaſticõ. Diſtichõ. Panis e milio. Plus miliacia. Apluda quid. Floces. Miliariæ. Mecõiũ quid. diacodiõ.

reale papauer ſymbolū ciuitatis: Euſebio teſte ē papauer. CICER. Columella quoddā ciceris genus arietinū appellat: qđ ut inqt Plinius arietino capiti ſimile eſt. religio colūbinū qđ alii uenerium uocāt peruigiliis adhibet. ſiliquæ ciceri totūdæ ſunt: inde ciceronū cognomina. græci ἐρέβινθον appellant ediles in celebratione floraliū cicer & fabā. aliaq; id genus populo ſpargebāt: inde illud Oratianum: in cicere atq; faba bona tu perdaſq; lupinis. Quod emulatus perſius dixit. Cicer ingere large rixanti populo. LENTE. In ægypto laudatiſſima lens naſcitur: quæ ob id a poetis peluſiaca cognominata ſunt auctores æquanimitatē fieri ueſcētibus ea: inde lentulorum cognomina. græci φακὴν dicunt: lens optīa quæ facillime coquitur. aciē qdem oculorū obtundit & ſtomachū inflat ſed aluum ſiſtit in cibo magiſq; diſcocta cœleſti aqua. ET FABA. Inter legumina maximus honos eſt fabæ: lomentū appellatur farina fabacea: quo ad eruganda corpora uſa eſt antiquitas: hinc illud epigrāmatiſtæ. lomento rugas uteri qđ condere tantas a fabæ inſulæ in oceano ſeptētrionali fabariæ nominantur. græce κύαμος dicit. Cur pythagorica ſententia fabæ damnētur cauſas referunt. Plinius. M. Varro. Gellius. Cicero. illud. Annotatu dignū memorat Plutarchus. enygma uidelicet pythagoricū de abſtinentia fabarū ſignificare abſtinendū eē a re publica: ut abſtine a fabis: nihil aliud ſit q̄ abſtine a rei publicæ adminiſtratione: neq; publica tractes. fabis enim priſcorum ſuffragia cōtinebant. ſilente luna fabā uellendā eē p̄cipit Columella. eſt aūt luna ſilens interluniū: ſiue coitus lunæ: qđ græci νέαν μήνην hoc eſt neomeniā dicūt. Synodicā lunam frequēter appellat firmicus maternus quādo eſt cōiecta cū ſole in coitu uidelicet. ab eodē perſæpe ſynodica radiatio ponitur pro ea radiatione: quæ eſt in cōiunctione errātiū ſtellarū. ualuoli fabæ folliculi appellant. quaſi uallíuoli: quia uallo fracti excutiuntur. GLOmulum. Acceruū. glomerē. globū. glomus in ſacris cruſtulū appellatur & ex oleo coctū. glumā uero folliculū ſiue tunicula in hordeo. & tritico appellāt auctor. M. Varro. SEDVlo miniſterio. Non ſolū forma. ſed etiam dexteritas ſtrenuitaſq; in puella amoris eſt cōciliatricula: & ſedulitate miniſterii laudat puella apud Ouidiū his uerſibus: una miniſtrarū media de plebe galāthis. flaua comas aderat: faciēdis ſtrēua iuſſis officiis dilecta ſuis. PROmereri. Cōciliare: & obſeqo demereri: Dixit poeta ī ope ſerio. nunq̄ regía negabo p̄meritā: exponūt grāmatici p̄ſtitiſſe bene geſſiſſe. Terē. ita me ueli ames p̄merētē pſ. i. bene agentē. E cōtrario cōmereri eſt male agere & delinquære. ut illud qd cōmerui. aut peccaui pſ. FRVgē tuā piclitabor. i. periculū faciā tuæ uirtutis. piclitari enī eſt expīri. alias piculū ſubire: hinc illud amphibolō apud epigrāmatiſtā piclitat capite ſotades nr̄. DISCerne. Diuide: diſcrimina nā diſcriminare ē ſpeciē a ſpecie ſeparare: qđ & Donatus docet in. xi. Eneidos commentario. PASSiuā cōgeriē. Indiſcretā & cōfuſaneā uocabulo a paſſim deducto. ſic paſſiua uenus. paſſiua libido. apud Iuliū firmicū uſurpat pre publica & cōmuni ac p̄miſcua. & paſſiui amatores ab eodē dicunt. qui paſſim ac idifferēter fœminas omnis amāt. SEiugatis. Separatis ſepoſitiſq; per ſpecies. MOLI. Acceruo. glomulo. & declinat hæc moles. INCONditæ. Incōpoſitæ īdigeſtæq;. FORmicula ruricola. Optimū formicæ epithetō: ut ruricola dicat quaſi ruris cultrix diutina. & oparia ſedula. Plinius in. xi. de formicis loquēs ſcribit hæc. iam in ope qui labor quæ ſedulitas? ſilices itinere earū attritos uidemus. & in ope ſemitā factā ne quis dubitet qualibet in re qd poſſit quātulacūq; ſedulitas. operātur noctu plena luna: interlunio ceſſant: & ut inqt Oratius exemplo magni laboris formica eſt. unde Solomō in prouerbiis. uade ad formicā inqt o piger & cōſidera uias eius & diſce ſapientiā: quæ cū nō habeat ducē. nec præceptorē. nec principem parat in æſtate cibum ſibi: & congregat in meſſe: quod comedat: græce dicitur μύρμηξ & forma diminutiua μυρμήκιον. hinc prouerbium græcorum ἀγαθῶν μυρμηκιά de copia fœlicitatis & bonorum affluentia. alias myrmecia dicuntur ulcuſcula: quorum meminit Cornelius Celſus. CONtubernalis magni dei. Contubernalem cupidinis pſychen intelligit. cuius laboris miſeria eſt formica: magnus autem deus. non tam iupiter hoc in loco ſignificatur. q̄ ipſe cupido. de quo Plato ſic memorat. in ſympoſio. Magnus deus ē amor & apud homines deoſq; mirādus. SOCRVS. Veneris: quæ in pſychen nurum atrociter nimis ſæuiebat. GNAuiter. Strenue uelociter.

& cicere. & lente. & faba. cōmixtiſq; aceruatim: confuſiſq; in unū glomulū. ſic ad illā. Videris enī mihi tam deformis ancilla nullo alio: ſed tantū ſedulo miniſterio: amatores tuos promereri. Iā ego & ipſa frugē tuā periclitabor. diſcerne ſeminū iſtorū paſſiuā congeriē. ſinguliſq; granis rite diſpoſitis: atq; ſeiugatis: ante iſtā ueſperā opus expeditū approbato: mihi ſic aſſignato tantorū ſeminū cumulo. ipſa cœne nuptiali conceſſit. Nec Pſyche manus admolitur inconditæ illi. & inextricabili moli. ſed īmanitate præcepti cōſternata ſilēs obſtupeſcit. Tūc formicula illa paruula. atq; ruricula certatim difficultatis tātæ: laboriſq; miſerta: cōtubernalis magni dei. ſocruſq; ſæuitiā execrata: diſcurrens gnauiter: cōuocat corrogatq; cūctā formicarū accolarū

Papauer ſymbolū ciuitatis. Cicer arietinū. Cicer ſparſum in ludis. Lentuli a lento. Lomētū quid. Fabariæ. Abſtinerea fabis quid. Silēs lūa Interlunium. Neomenia. Synodica radiatio. Valuoli. Gluma. Promereri. Cōmereri. Periclitari. Diſcrimināre. Paſſiua uenus. Paſſiui amatores. Formica ruricola: ſedulitas qd poſſit. Agathō myrmecia. Myrmecia ulcus. Amor magnus deus.

claſſem. Miſeremini terræ omniparentis agiles alumnæ: miſeremini. & amoris uxori puellæ lepidæ periclitãti: prõpta uelocitate ſuccurrite. Ruunt aliæ: ſuperq; aliæ: ſepedũ populoꝝ undæ. ſummoq; ſtudio ſingulæ granatĩ totũ digerũt aceruũt: ſepatiq; diſtributis diſſitiſq; generibus e cõſpectu ꝑniciter abeũt. Sed initio noctis: e cõuiuio nuptiali: uio madẽs: & flagrãs balſama Venus remeat. totũq; reuĩcta corpus roſis micãtibus: uiſaq; diligẽtia miri laboris: non tuũ inqt nequiſſima: nec tuaꝝ manũ iſtud opus: ſed illius: cui tuo immo & ipſius malo: placuiſti. & fruſto cibarii panis ei ꝓiecto:

CLAſſem formicaꝝ. Totũ ordinẽ populoſamq; familiã formicaꝝ. quæ illius loci cultrices erant appellatione claſſis ſignificat ordo & multitudo. Liuius narrat Romã fuiſſe diſtributam in claſſes a Seruio Tullio. Claſſes quoq; in ſcholis ſunt ordines diſcipuloꝝ. Quintilianus in primo auctor eſt a præceptoribus ſuis pueros in claſſes diſtributos. ordinẽq; dicendi ſecundũ uires ingenii datũ: ea nobis ingtingens palmæ contentio: ducere uero claſſem multo pulcherrimũ. de hac claſſe ſcholaſtica intellexit Satyrographus illo uerſu. cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos. Claſſici ut docet Gellius dicebãtur. non oẽs qui in claſſes erant. ſed primæ tãtũ claſſis hoĩes: qui centum milia æris amplius ue cenſi erant: infra claſſem autẽ appellabantur ſecundæ claſſis: Cæteraꝝq; oium claſſiũ qui minore ſumma cenſebãtur: ex hac tranſlatione decenter a Seneca dicũtur ſcriptores primæ & ſecũdæ claſſis hoc eſt primi & ſecundi ordinis & loci. ALVMnæ. Conducẽter & cõmode animantes oẽs dici poſſunt alumnæ telluris: cum oia ab ea alantur indulgenter perinde atq; nutrice & matre. cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ uenerationis. hæc ut Plinii uerbis utar benigna mitis indulgens uſuſq; mortalium ſemper ancilla. Quæ coacta generat: quæ ſponte fundit? quos odores ſaporeſq;? quos ſuccos? quos tactus? quos colores? quã bona fide creditũ reddit fenus: quæ noſtri cã alit? Merito terra oĩparẽs a ſcriptoribus dicta ſicut a Virgilio ſcribente: Necnõ & ticion terræ oĩparẽtis alũnũ cernere erat. Auguſtius in. vii. de ciuitate dei. Tellurẽ matrẽ dici tradit ꝙ plurima pariat: magnã ꝙ cibum pariat. M. Varro terræ uim geminã maſculinam. ſ. & fœmininã ineſſe prodit: Maſculinã. ſ. ꝙ ſemina ꝓducat & fœmininã ꝙ recipiat atq; nutriat: inde a ui fœminæ dictã eẽ tellurẽ a ui maſculini tellumonẽ. põtifices faciebãt rem diuinã telluri & tellumoni addentes ꝑterea duos terræ deos. altorẽ. ſ. & ruſorẽ: altor ãt dicebatur ꝙ ex terra alunt omnia quæ nata ſunt: Ruſori uero nomẽ erat ex quod rurſus cũcta eodẽ reuoluuntur. AMOris uxori. Pſyche. PROMPTA uelocitate. Eſopus ille fabulator elegãtiſſimus. fabulatur formicã olim hoĩem fuiſſe: quæ nõ propriis laboribus cõtenta uicinoꝝ quoq; fructus auferebat: ex quo ĩdignatus iupiter trãſfigurauit eã ĩ beſtiolã formicã: quæ formã qdẽ imutãs priſtinũ affectũ pertinãq; parcitatẽ retinuit: unde & nũc quoq; rura perluſtrãs colligit alienos labores recõditq; in theſauro. SEPEdũ. Ideſt populoſus numerus formicaꝝ inſtar undaꝝ & fructuũ undatim ruebãt in auxiliũ pſyches. Virgilius mane ſalutatũ plenis uomit ædibus undã. Sepedes aũt elegãti uocabulo dicuntur a numero pedum: formicis enim ſeni pedes ſunt: ſicut inſectis fere oibus: iſecta uero ſunt ea animalia: quæ Albertus Magnus anulata appellat: Ariſtoteles & græci εντομα. Plinius in. xi. oibus inquit his ſeni pedes. plerique uermes duodenos habẽt. aliqua & centenos. numerus pedũ impar nulli eſt. GRANAtim. Per grana ſpecieſq; granoꝝ. DISSItis. diuiſis ſeparatis diſcretis. PERniciter. Celeriter. VINO madẽs. Vinũ & unguẽta decenter ueneri copulantur. cũ ſint incentiua libidinis: meritoq; priſci ex uenere & baccho priapum genitũ finxerũt cõiectura ſatis proba: ꝙ qui uino indulgent ſint ad uenerem propenſiores ꝓcliuioreſq;. FRAgrans. Spirans redolens. REVINcta. Circundata coronataq;. ROſis micantibus. Venerẽ roſis reuinctã ſcitiſſime memorat: nãq; roſa ueneris flos eſt. id qđ & Virgilius teſtantur in elegidio. cui titulus eſt roſæ: cũ ait Sideris & floris eſt domina una uenus. apud Aphthoniũ fabella eſt. queadmodũ olim uenus latura ſuppetias adonidi delitiolo ſuo: quem mars necare tendebat. in roſas incidit: quarum ſpinis pedem perforatum. ex quo uulnuſculo manãs cruor roſam quæ prius cãdida erat colorauit. hĩc Claudianus ſignificare uolens roſas a uenere colligi ita inquit. ſic fata cruoris carpit ſigna ſui. i. roſas decerpit uenus: ſuo ipſius ſanguine coloratas. ĩfectaſq;. Epigrãmatiſta quoq; ueneri gratã eẽ roſam illo hẽdeca ſyllabo demõſtrat. ſis fœlix roſa mollibuſq; ſertis noſtri cinge comas Apollinaris quas tu nectere candidas. ſed olim ſic te ſemper amet uenus memento. græci roſam Thodon appellant: inde rhodinon unguentum dictũ ex roſa confectum: de quo Plinius in. xiii. ILlius. Cupidinem intelligit. FRVſto panis. M. Cato fruſto inquit panis conduci põt uel uti taceat: uel uti loquatur hinc aduerbiũ fruſtatim. qđ ſignificat ꝑ fruſta & minutatim: qđ & υποκοριστικως fruſtillatim dicitur: Plautus in Curgulione iam ego te faciã ut hic te formicæ fruſtillatim differãt: inde fruſtulẽtã aquã appellat ĩtelligi uolens iuſculum cõcinnatũ ex carne minutim cõciſa. CIBArii panis. Cibariũ panẽ dicimus ſordidũ plebeium prorſuſq; uiliorẽ. qui & ſecũdarius nũcupatur. apud Suetoniũ nõ pauca Annotauimus. ſuper gene-

Claſſis.
Claſſes ĩ ſcholis.
claſſici q̃
Animantes alũne telluris.
Plinius ĩ laudem telluris.
Oĩparẽs. terra mñ
Maſculina uis.
Tellumo
Altor.
Ruſor.
Formica olim hõ.
Sepedes formicæ.
Inſecta.
Anulata. entoma.
Priapus ex bacco & uenere
Roſa ueneri dicata.
rhodinũ
Fruſtatĩ. Fruſtillatim.
Fruſtulẽta aqua.
Cibarius panis ſecũdarius

ribus panis ubi tradit ſecũdariũ panẽ mire auguſto expetitũ eſſe:Plinius in.xviii.cibarii inq͠t. qđ ſe/
cũdariũ uocãt ſeſtarios quattuor: idẽ paulo mox.cibariũ a ſecũdario ſeiungere uidet᷑ cum ait. Secũ/
darii panis quinas ſelibras.totidẽ cibarii & furfuꝝ ſeſtarios ſex.Cor.Celſus cibariũ panẽ dicit eſſe in/
firmiſſimũ.ſic eni uocat.in quo eſt minimũ alimẽti.ſicut ualẽtiſſimũ id in quo plurimum alimenti Infirmiſ/
eſt:De cibario pane.M.Tullius in.v.Tuſculana.cũ cibarius inq͠t in caſa panis datus eſſet. nihil uiſum ſimum.
illo pane iucundius:cibariũ quoq͂ uinũ dici poſſe ꝓ ignobili:teſtis eſt.M.Varro qui ait potus meus Valentiſ/

cubitũ faceſſit.Interim cupido ſolus:interioris domus unici cubiculi cuſtodia clauſus coercebat᷑ acriter parti ne petulãti luxuriæ uulnus grauaret.partim ne cũ ſua cupita cõueniret:Sic ergo diſtĩctis & ſub uno tecto ſeparatis amatoribus:tetra nox exãclata. Sed aurora cõmodũ ineq͠tanti:uocatæ Pſyche Venus ĩſit talia. Vides ne illud nemus:q̃ fluuio præterluẽti: ripiſq̃ lõgis attẽdit᷑:cuius imi gurgites uicinũ fontẽ deſpiciũt:oues ibi nitẽtes:auriq̃ colore florẽtes incuſtodito paſtu uagant᷑.Inde de cõa præcioſi uelleris floccũ mihi cõfeſti quoquo mõ q̃ſitũ afferas cẽſeo.Perrexit Pſyche uolẽter:nõ obſequiũ quidẽ illa functura:ſed requiẽ maloꝝ præcipitio fluuialis rupis habitura.Sed ĩde de fluuio muſicæ ſuauis nutricula leni crepitu dulcis auræ: diuinitus ĩſpirata:ſic uaticinat᷑ arũdo uiridis. Pſyche tantis erumnis exercita:neq̃ tua miſerrima morte meas ſanctas aquas polluas:nec uero contra formidabiles oues iſtius oræ feras aditum:quoad de ſolis flagrãtia

uinũ cibariũ.idem dixit tuus fra/ ſimum.
ter cibarius fuit ariſtoxenus :ubi cibariũ
cibarius hõ ĩproprie qdẽ ſed ſcite uinum.
accipitur pro ſordido & plebeio Cibarius
ac ꝓletario. CVBItũ faceſſit.It homo.
dormitũ præceptũ.M. Catonis ẽ
uillicus primus cubitu ſurgat.
poſtremus cubitũ erat. PETV/
lãti luxuriæ. Luxuriẽ & luxuriã
ĩdifferẽter uſurpari apud ſcripto
res idoneos ſat liquet. CVPIta.
Pſyche dilecta deſideratаq̃. SE
PAratis amatoribus.Pſyche & cu
pidine. TETRA nox. Nigra Tetrum.
crudelis amara ob diſſidiũ.ſama
toꝝ: alias tetrũ uitabile illuuio/
ſum fœdũ dicit᷑. EXAnclata.
Quaſi cũ erũnis & laboribus ex/
hauſta.trãſactaq̃.græci uerbi ꝓ/
prietas exigere uidet᷑ : ut exantla/ Exãclare.
re potius per litterã.t.q̃ exanclare
dicamus:qđ & in prĩo cõmẽtario
annotaui:illud adde quod ancla/
bris ſiue antlabris menſa uocat᷑ antlabris
q̃ in ſacrificando diis anclatur.i. menſa.
hauritur miniſtraturq̃. ATtẽ/
ditur.Iuxta & ꝓpe explicat᷑.extẽ/ Floccus.
diturq̃. NItẽtes.Splẽdẽtes. INcuſtodito paſtu.Libera & ſoluta paſtione. FLOccũ afferas.Floc flocculus
cus ꝓprie dicit᷑ in pãno ſiue in uellere particula eminẽtior.q̃ forficibus recidit᷑:cuius diminutiuũ eſt Floccifa/
flocculus.Plinius in.xvi.de robore loquẽs ait.naſcũt᷑ in eo & pilulæ nucibus nõ abſimiles itus habẽ/ cio.
tes flocculos molles:lucernaꝝ luminibus aptos.idẽ in.x.hirũdines inq͠t nidũ mollibus plumis floc/ Locus
ciſq̃ cõſternũt.Cor.Celſus ĩter notas & ſigna mortiferi morbi eẽ ſcribit.ſiq̄s ĩ febre & acuto morbo plauti.
manibus in ueſte floccos legit fimbrias ue diducit:inde ſit uerbũ floccifacio ꝓ contẽno nihilipendo. Deflacca
nec pluris facio q̃ ſint flocci.apud Plautũ in epidico Anceps eſt ſcriptura.nam a q̄buſdã legit᷑ duo de/ ti.
flacci ſenes.Alii legere malũt defloccati.quaſi attriti uetuli.ut pannus & ueſtis ſine flocco. De miror Deflocca
Nonium Marcellũ ſic ſcripſiſſe deflaccare eſt atterere tractum a ueſtibus ſine flacco:fateor equidem ti.
deflaccare accipi in eo ſignificatu quẽ ille tradit.ſed a flacco ueſtimenti deriuari id plane diffiteor.nõ Deflacca
enim flaccus in ueſtibus dicit᷑.ſed floccus.ut iã docuimus & uulgo quoq̃ uſurpat᷑.flaccus uero uo/ re.
cabulo priſco latino ſignificat languidum uietũ & mollẽ.qđ & flaccidus noĩat᷑.Plinius autumat co/ Flaccus.
gnomina flaccoꝝ ducta eẽ ab auribus flaccis.hoc eſt mobilibus.flaccidis languidulis. eſt & uerbum Flaccet.
uetus flaccet.qđ ſignificat lãguet deficit.ĩde deflaccare & inflaccare: Apuleius in apologia cur ueſtra Fungi.
oratio rebus flaccet:ſtrepitu uiget. FVNtat᷑.Peragit fungi enĩ agere eſt.defungi peragere.ut docet Defungi
Agretius.purior lectio eſt.ſi corrigas functura ſicut uerbũ illud.habitat᷑.corrigo habitura eſt.n. ſen/ Harũdo.
ſus pſyche libẽter ultroq̃ prexit nõ qdẽ ob obſequm iniunctũ pactura.ſed requiẽ maloꝝ habitura nutricu/
inuenturaq̃ ex morte:quã ſubire deſtinauerat ex rupis ꝑcipitio. MVſicæ nutricula. Harũdinem la muſicæ
muſicæ nutriculã elegãter appellat:nã ex harundine pan.fiſtulã cõpaginauit:ex harundine tibiæ cõ/ auleticus
ficiunt᷑:ide calamũ auleticõ uocãt græci:quã nři tibialẽ.Pli.in.xvi.docet quẽadmodũ harundines ꝓ/ calamus.
parãdæ ſint in uſum tibiaꝝ. INSpirata.Quaſi ſpiritu quodã aĩata.& uocalis facta. EXercita. Fa exercitus
tigata agitata.Virg.nate iliacis exercite fatis:iterdũ exercitus dr᷑ contẽptus. neglectuſq̃:ut docet Ful/ pro exer/
gẽtius placiades.allegans illud Plautĩ.nos noſtrãq̃ familiã hẽs exercitam.A.Gellius dixit in primo: citatus.
Aderat ibi forte amicus noſter lectione multa exercitus. ꝓ exercitatus.& ita frequenter repias apud Oues fe/
auctores. ISTIus oræ.Regionis & loci. FORmidabiles oues.Sunt oues quas feras uocãt:nam ĩ ræ.
quocũq̃ genere aĩaliũ ẽ placidũ:eiuſdẽ iuenit᷑ & feꝝ.ait Pli.camelo pardalin appellatã eſſe ouis feræ Probati/
noĩe q̄ aſpectu magis q̃ feritate cõſpicua ſit.græce προβατον dicit᷑.unde ꝓbatica piſcina ĩ euãgelio ca piſcia.

mutuato calore:truci rabie ſolẽt efferri cornuq; acuto: & frõte ſaxea:& nõnũq̃ uenenatis morſibus ĩ exitiũ ſæuire mortaliũ.Sed dũ meridies ſolis ſedauerit uaporẽ: & pecua ſpũs fluuialis ſerenitate cõquieuerint:poteris ſub illa proceriſſima platano:quæ mecũ ſimul unum fluentũ bibit:latẽter te abſcõdere.& cũ primũ mitigata furia laxauerint oues animum: percuſſis frondibus attigui nemoris lanoſum aurum reperies: qđ paſſim ſtirpibus connexis obhæreſcit.Sic arundo ſimplex & humana:Pſychen egerrimam ſalutem ſuam docebat. Nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa illa ceſſauit.Sed obſeruatis omnibus furatrina facili: flauentis auri mollicie:congeſtum gremium Veneri reportat.nec tamen apud dominã ſaltẽ ſecundi laboris periculũ ſecundũ teſtimoniũ meruit.ſed contortis ſupciliis ſubridens amaꝝ:ſic inqt. Nec me præterit huius quoq; facti auctor adulterinus.ſed iã nunc ego ſedulo

dicta,qua ꝓbata,i.oues lauabanẽ:apicas uocãt oues:qbus nudus eſt uenter & ſine lanicio:quas damnant.μηλον quoq; ouẽ græci nũcupãt,unde melotes ueſtes ex ouinis pellibus factæ apud eccleſiaſticos ſcriptores appellanẽ. MVtuato calore.Quod Calorẽ & uim excitet ſolis feruor exẽplo ſunt ſerpẽtes:quæ p calorẽ accerrime mouẽẽ:p brumalia aũt & hiberna tẽpora mutatiõe cœli refrigeratę ĩmotæ ſunt ſtupore.auctor Victruuius:& a Saluſtio ꝓditũ ẽ in Iugurta calore & ſiti ſerpẽtes magiſq̃ realia accẽdi:& in rabiẽ efferari.Cõtra in hoĩbus corpora calore fiunt ĩbecilla & feruore diſſoluunẽ: cũ a refrigerationibus ſolidentur atq; cõfirmenẽ:nã calor exugẽdo eripit naturales uirtutes diſſoluitque eas,& mollefcentes efficit atq; ĩbecillas ut etiã in ferro animaduertimus,qđ quãuis natura ſit duꝝ:tamẽ in fornacibus ignis calore ꝑcalefactũ ita moleſcit: ut in omne genus formæ facile fabriceẽ:idẽ frigida aqua tinctũ reduresſcit,& reſtituiẽ in priſtinã ꝓprietatẽ. FROnte ſaxea. Dura idomabili,& quaſi lapidea. PEcua.Oues:ueteres eni,ut tradunt grãmatici & annotat i.v.Priſcianus hoc pecu ſingulariter,pecua pluraliter dixerũt Plautus i mercatore,nec pecua ruri paſcere: nec pueros nutricare. & Solinus ita pabuloſa inquit eſt ut pecua niſi iterdũ a paſtoribus arceanẽ ad piculum agat ſacietas.pecuatũ dici uoluerũt ſtultum.Antidamus in moralibus.hoĩem quis ferat ſic pecuatũ? SPIritus.Auræ ex flũmine minãtis.Homerus,e flumine auras antelucanas ſemp inſalubres eſſe tradit.Nilus ſolus oĩum fluuioꝝ,auctore herodoto nullas ex ſe auras remittit ſpiratq;:Lucãus annẽ celebrat noie anauron q̃ſi ſine aura.& nullum ſpiritũ exhalantẽ. PROceriſſima.Editiſſima,ampliſſimaq;.Pli.de magnitudie arboꝝ ſcribit in.xvi.aitq; uiſas eẽ arbores admiratiõis ꝑcipue lõgitudiniſq; incredibilis:idem in .xii.refert platanos celebratas fuiſſe athenis in ambulatiõe academiæ:fabuloſitas græciæ narrat Iouẽ ſub platano cũ europa cõcubuiſſe in ĩſula creta,q̃ nũq̃ folia dimittat:umbræ cã tãtũ hæc arbor expetiẽ:cuius nõ alia cõmẽdatio maior ẽ:q̃ q; ſolẽ æſtate arcet:hyeme admittit:Gẽialis ab Ouidio dicta,quaſi uoluptaria,platani radices mero iſuſo nutriunẽ,docuitq; luxuria priſcoꝝ arbores uina potare. ABſcõdere.Tãta ẽ platanoꝝ capacitas,& amplitudo ut q̃dam celebreẽ domiciln modo caua octogĩta pedũ ſpecu:tã digna miraculo:ut licinius mutianus ꝓdiderit epulatũ intra eã ſe cũ decem & octo comitibus:Caius quoq; prĩceps in ueliterno rure epulatus ẽ ſub platano qndecim conuiuaꝝ ac miniſtroꝝ capace:quã cœna appellauit ille nidũ. ATTIgui.ꝓximi. LANOſum.uellus aureũ ſignificat,in quo auꝝ eſt lanæ plenũ,& floccis lanicii fulgidũ. OBhæreſcit.Adhæreſcit,atq; iplicaẽ ob eni antiq ꝓ ad ponebant,ut obiurare pro adiurare:& ob os qđ ſignificat ad os.ob Romã ad Romã.Ennius ob Romã noctu legiões ducere cœpit.ab eodẽ dictũ eſt oẽs occiſi occẽſiq; in nocte ſerena,i.accẽſi. NEC pœnitẽdo.Auſcultatione ſalutari,& optimo documẽto:Auſcultare eni ſignificat obedire,nec tã audire eſt:q̃ diligẽter attẽdere:hic illud Catonianũ,auditis eni nõ auſcultatis. tanquã pharmacopolã. FVRAtrina.Furto & rapina.eodẽ eni inclinatu furatrina dr̃ quo moletrina feratrina,ſecutrina.eſt ãt moletrina piſtrinũ a molendo dicta:Antiqtas deã coluit noie furinam: in cuius honorẽ feriæ furinalia dicunẽ.cui ẽt flamẽ fuit attributus dictus furinalis. FLAuẽtis auri. A colore & flauũ & fuluũ dr̃ auꝝ.qd ãt diſtet flauus a fuluo docet Gellius. DOMInã.Venerẽ. CONtortis.Toruis ſupbiã faſtũq; idicãtibus:hoi eni in ſupciliis ut inqt elegãter Pli.triſtitiæ hilaritatis clemẽtiæ ſeueritatis ĩdiciũ eſt.faſtus ſupbia aliubi cõceptaculum.ſed hic ſedẽ hẽt:in corde naſciẽ hic ſubit,hic pẽdet.Supcilia in iunõis tutela eẽ putabat antiqtas q; his ꝓteganẽ oculi p quos luce fruimur quã tribuere putabãt iunonẽ unde & lucina dicta ẽ.M.Varro lunã lucinã eſſe interꝑtaẽ:quã ait ducẽ naſcẽtiũ eẽ eiq; deæ mulieres potiſſimũ ſupcilia attribuiſſe.qa ſupcilia ĩ altiſſima corporis pte collocata ſunt ide ſupciliũ ꝓ loco edito abruptoq; accipiẽ.ut ante dixius.ſupcilioſos dicius ſupbos & ſeueros. AMaꝝ.Subriſit qdẽ uenus.ſed eo riſu q magis amaritudinẽ aĩ triſticiãq; ꝑſeferret q̃ hilaritatẽ:amaꝝ dixit ꝓ amare & ĩdignãter. ADulterinus.Sicut inqt aliena ope uſa es i digerẽdis frugi

Apicæ.
Melotes ueſtes.
Serpẽtes calore excitãtur rigore torpentes.
Calore diſſoluimur.
Ferrum igni molleſcit aq̃ redureſcens.
Pecua.
Pecuatas ſtultus.
Nilus anauros.
Platanus ob umbrã expetiẽ
Vina potant arbores.
Obhæreſcit.
Ob.
Auſcultare.
Furatria.
Moletrina
Furina.
furinalia
Supbia i ſupcilio.
Supcilia iunonis.

bus aceruati cōmixtis.ita in hoc quoq; negotio alienas ſuppetias:alienū q; adminiculum adhibuiſti ſuitq; tibi opitulator adulterius uidelicet arūdo:cuius monitu iſtructa pſyche pegerat ueneris mādata. PERIclitabor.tētabo expiar. OPPIdo forti.Valde robuſto & firmo. aduerbiū ē frequētiſſimū. VERticē.Vertex eſt cōtorta in ſe aq̄ uel qcqd aliud ſimiliter uertiſ ſic & pars ſumma capitis uertex.& qd' in mōtibus eminētiſſimū.recte dixeris hæc oia uertices.auctor Quintilianus in.viii.a poeta dictū ē:ſaxi deuertice paſtor. FVScæ.Nigrātes undæ.ſuſcitatē & attritatē poſuerūt ueteres p nigricia & atro colore. COcyti fluenta.Præconio poetarum cocytus inter iſernos amnes notiſſimus eſt cuius Plato meminit in phedone ſcribēs eū cōtra pyriplegetōtē erūpere in tartarū. Philoſophi corpora mortalium inferos uocauerūt:& oia quæ illic eē credidit fabuloſa pſuaſio in nobis metipſis aſſignare conati ſunt aſſerentes cocytū eſſe qcqd hoīes in luctum lachrymaſque cōpellit græce enim κωκυω lugeo.& κωκυτοσ luctus:ululatuſq; ſignificaſ.ſtygiā uero paludem iterpretanſ qcqd iter ſe hūanos aīos in gurgite mergit odiorū. στυγειν qd' odiſſe ſignificat.& στυγητοσ odibiliter. στυγεροσ qrulus odioſus dr. INdidē.Inde ex illo loco & fonte. PENIta ſcaturigine.Interiori fluxione.ab hac particula pœnitus q̄ ſignificat intimā partē fit nomē penitus penita penitū.Antiqui quoq; auctore Priſciano.& penitior & penitiſſimus dicere ſolebāt.uelut iterior intimus.Au.Gellius penitiſſimas gētes dixit p remotiſſimas ultimaſq;:q̄s Pli.extimas uocat Apuleius in demōio.in penitiſſimis mētibus diuerſeſ p intimis.Plau.in aſinaria age q̄ſo hercle uſq; ex penitus faucibus.i.ex iterioribus:Sidonii eſt ille uerſiculus phalecius.frācorū penitiſſimas paludes. HAVritū.Hauſtū eductū.ſicut.n.ab audio auditum.ſic ab haurio hauritū declinauit:hauſtra ueteres dixerūt rotarū cados ab hauriēdo.græce antla dicunſ.De multiplici ſignificatu huiuſce uerbi:ē.n.polyſemō:annotāt grammatici.aliter.n.ē dictū latus haurit aptū:Aliter ille ipiger hauſit ſpumātē paterā.Aliter uocēq; his auribus hauſit. CRYſtallo dedollatū.Pli.criſtallū iter gēmas pcēſet.& gratiā cryſtallinorū poculorū celebrat.cryſtallū glaciē eē certū eſt.Vnde nomē græci dedere.Infeſtaſ pluribus uiciis ſcabricie:ferrugine maculoſa nube.occulta aliquādo uomica.eſt & ruffa aliqbus rubigo.aliis capillamētū rimæ ſimile.hoc uitreari artifices litura occultāt.q̄ ſine uitio ſunt appellāt aſyntheta q̄ſi ſimplicia.& pura qdā apud Pliniū acētra legere malūt q̄ aſyntheta.q̄ſi ſine cētro.qd pducū fragileq; iter cryſtalli uitia numeraſ.Nemo amiſſarū rerū nuntio accepto duos calices cryſtallinos in ſuptræma irā fregit illiſos fragmēta farciri nullo mō queūt:pocula cryſtallina in rigido potu pbanſ:calere diſſiliūt.Dedolatū dixit artificio uitrearii leuigatū.& oī ſcabricia expolitū.Dolare.n.& dedolare fabrorū uerbū ē cū materiarū cōplanaſ aſpitas:Hieronymus dolatoriū appellat id ferramēti genus.quo materia & lapides dolanſ:qd' alio noīe aſciā latini uocāt:Vnde aſciare uerbū Victruuio ē aſcia dolare:ſic.n.inqt in.vii.ſumaſ aſcia & quēadmodū materia dolaſ:ſic calx lacu macerata aſcieſ.Exaſceatū dixit Plautus q̄ſi dicas expolitū pfectūq;. IN uitæ.Vt lectio planior ſit legere malim.in uētura uitæ finem.uolebat eni pſyche ex rupe ardua ſe pcipitans inuenire uitæ finē erūnoſæ.ſ.& infelicis:cū mors erūnarū requies ſit & finis:hinc illud Oratianum moriar:mors ultima linea rerū eſt. LAEtalē.Mortiferū & lætū afferentē. IMMAni.Ingenti & enormi.alias īmane dr̄ fœdū & noxiū. SALEbritate.Acerbitate aſperitate ſaxorū.Salebras aſpitates ſaxorū dici uoluerūt.M.Tullius nunq̄ intātas ſalebras cecidiſſet:Inde ſalebroſus aſper & ſalebritas aſpitudo ſignificaſ. INacceſſa.Inacceſſibili intuia inadibili. LACIniis.Tortuoſis & flexuoſis limitibus.ſic.n.aquæ fontanæ:p ſemitas obliquas fluere cōſueuerunt & delabi. EXERto tramite.Apto & ſubdiali.ſubdialia.n.dicūſ q̄ ſubdio hoc ē cœlo ſunt.ueteres expapillatū dixerūt renudatū & exertū:ſicut a Plauto dictū ē expapillatū brachiū:cū āt cōtraria ſint exertus & cōtectus ſcite dixit fontes fluxiſſe cōtectos i tramite apto:cū itra canalē anguſtū decurrerent:ſæpe.n.uſu uenit ut locus fluētis riui ſit exertus:ipſæ uero aq̄ itra anguſtias canalis inumbrenſ.

periclitabor:an opido forti aio ſingularīq; prudentia ſis prædita.uideſne inſiſtentē celſiſſimæ illi rupi montis ardui uerticē:de quo fontis atri fuſcæ defluunt undæ:Proximeq; cōceptaculo uallis incluſæ ſtigias irrigant paludes.& pauca cocyti fluēta nutriūt. Indidem mihi de ſummi fontis penita ſcaturigine: rorē rigentē hauritū:iſta cōfeſtim deferto urnula.Sic aiens:cryſtallo dedolatū uaſculū:iſuper ei grauiora cōminata tradidit:At illa ſtudioſe gradū celerans:montis extremū petit cumulum:certe uel illic in uitæ peſſimæ finem. Sed cū primum prædicti iugi cōterminos locos appulit:uidet rei uaſtæ letalē difficultatē.Nāq; ſaxū immani magnitudine procerum:& iacceſſa ſalebritate lubricū:mediis e faucibus lapidis fontes horridos euomebat.qui ſtatim pni foraminis laciniis editi:perq; procliue delapſi:& anguſti canalis exerto cōtecti tramite: proximā conuallē latenter incidebant: dextera leuaq;

Oppido ualde. Vertex. Attritas Cocytus in homine luctus Styx. Pœnita ſcaturigo. Penitiſſimæ gentes pro extimis Hauſtra. Antla. Haurio. Cryſtallum glacies. Aſyntheta. Dolare. Dolatorium. Aſcia. Aſciare. Exaſceatum. Immane Salebræ ſaxorum Salebroſus. Subdialia. Expapillatum.

& cōtectæ decurrāt. COtibus. Cautibus & ſaxis. PROſerpūt. Serpere. & ꝓſerpe idē dicebāt. qd
Proſerpi est ꝓpriū peculiareq́ draconū. Plau. fac me ꝓſerpētē beſtiā duplicē ut habeā liguā: hic ꝓſerpia quoq́
na unde. dicta lūa. q̄ ut ſerpēs mō i dextrā mō i ſiniſtrā ptē late mouet. INcōniuæ uigiliæ. Vigilia icōniua
Inconni/ elegāter dr̄ q̄do nuſq̄ oculi cōniuēt: ſed apti micāteſq́ aſpectu uegeto puigilāt. Cōniuere. n. est oculū
ua uigi/ claudere genas opire. grauiores alitū. ut auctor ē Pli. iferiore gēa cōniuēt: columbæ & ſimilia utraq́
lia. cōniuēt. Silius: cōniuet: ſolēq́ pauēt agnoſcere uiſu. hic elegāti trāſlatiōe dicius deos & hoies conni/
Cōniuet uere i delictis: q̄ ipunita ꝑtereunt
e cōtrario incōniuens dr̄ q oculis
eſt uigilantibus aptiſq́ ſine nicta
tiōe ſine palpitatiōe. Au. Gellius
Inconni/ de Socrate mēorat. q̄ incōniuens
uens. imobilis iiſdē in ueſtigiis perſta/
bat: Sic & icōniua uigilia ꝑ incō/
niuēs. & exerta oculis nuſq̄ ſom/
Dracões no ſuccūbētibus. Dracones autē
unde. acie oculoꝝ acutiſſima & puigili
præditos eſſe tradūt auctores: &
nomē argumēto eſt. nūcupāt. n.
απο του δερκειν qd' eſt uidere.
& ob id ſimulachris eſculapii &
Draco ſi/ ſalutis draco ſubiungit: oportet
mula/ eni medicū eſſe oculatiſſimū: &
chris ꝓnoſcere cōmoda icōmodaq́ in
eſculapii corpibus cui cōueīt dicere poſſe de egroto q̄ ſint: q̄ fuerit: q̄ mox uētura ſeq̄nt. ADDIctis. Elegā/
addictus ter & ſcite. q̄ſi oculi ita addicant mācipēturq́ uigiliæ ut illi ꝓſto ſint: ſicut addicti ſnīa ꝓtoris credito
ribus tradebant in mācipatū: ſup q̄ re legito. Au. Gellii libru nouiſſimū. PVpulis. Ois uis edendi
Pupillæ ac ratio cernēdi cōtinet in pupillis: q̄ & pupillæ dicunt. q̄s ob id Lactātius ſcītillas luminū nūcupat i
ſcintillæ libro de opificio: p eas eni ſe ipſa mēs ītēdit ut uideat: mēs eni uidet aius cernit: trāſmittitq́ ui uiſi/
luminū. bilē p oculos. q̄ſi q̄ſdā p feneſtras. auctores Pli. M. Tullius cæteri. MVniebāt. Ne ſ. nox a polluerēt
Mens ui/ VOcales. Ab affectu. nam uocē repēte emiſerūt pſychen admonētes: ut abſcederet ꝓcul. ꝑterea aq̄
det. uocales dici poſſunt a ſono & ſtrepitu. quē fluētes efficiūt. SVBide. Freq̄nter identidē. MVTA/
ta in lapidem. Facta eſt inqt pſyche ſimilis ſtatuæ lapideæ. ſine ſenſu ſtupēs. ATTOnita ob rei ipe
ratē ipoſſibilitatē. MOle. Magnitudine. & q̄ſi aggere preſſa. LAchrymaꝝ ſolatio. Habebat pſy/
che oculos quaſi pumiceos: q ut inqt Plautus lachrymā expuere unā nō quibant: cū interdū lachry/
In q̄relis maꝝ in dolore ꝓfuſio ſit maximū ſolatiū: Seneca ois aduerſa fortuna hēt in q̄relis leuamētū: Oui/
leuamen dius fleq́ meos caſus. eſt q̄dā flere uoluptas. PROuidentiæ. Græci προνοιαν uocāt: quā nr̄i proui
tum. dentiā: q̄ fatidica ſtoicoꝝ anus appellat a uelleio epicureo apud. M. Tulliū ꝓuidentia mundum rogi
Pronoea autumāt ſanctiores philoſophi: cuius oculū nihil latet nihil effugit: de qua. M. Tullius in ſecundo de
ſtoicoꝝ natura deoꝝ: Talis igitur mens mundi cum ſit: ob eāq́ cām prudētia appellari recte poſſit: græce eni
perſpica/ pronea dicitur: hæc potiſſimum prouidet. & his maxime eſt occupata: primum ut mundus q̄ aptiſ/
ciſſima. ſimus ſit ad permanendum: deīde ut nulla re: egeat maxime autem ut in eo eximia pulchritudo. ſit
atq́ omnis ornatus. ſenſus eſt erumnam pſyches hoc eſt animæ. non latuiſſe oculos prouidentiæ ꝑ/
Aquila ſpicaciſſimos. AQVIla regalis auis. Sat notum. aquilam ioui dicatā eſſe: uel quia fulmine non per
Iouis ar/ cutitur. uel quia dicitur dimicanti ioui contra gigantes fulmina miniſtraſſe: uel q̄ in auſpicium ad/
migera. uolauerit illi aduerſus titanas proficiſcenti. quam uictor bono omine acceptam tutelæ: ſuæ ſubiuga
uerit. ſacra uero hiſtoria teſtatur aquilam conſediſſe ioui in capitu atq́ ita regnum portendiſſe. igit
ob hæc aquila regalis auis nuncupatur: & q̄a in omni a uitio regnū ſortita eſt. iccirco traditur exerce
Trochi/ re inimicitias cum auicula: cui trochilos nomen. ob hoc tantū q̄ rex auiū nominatur. puerbiū græ/
los rex coꝝ eſt αετου γηρασ aquilæ ſenectus qd' de ſenibus biboſis & uini auidis dicitur. & ita uſurpāt no
auium ſter comicus: quoniā aquilæ in ſenectutæ tātum bibunt. cū ob aduncitatē roſtri ſupioris cibo ueſci
aquilæ non poſſint. a græcis dicitur hæc paroemia de his. qui in ſenecta ſunt meliores q̄ iuuenta: propterea
ſenectus. q̄ aquilæ ſeneſcentes mature uictum ſeruntur. & ob curuaturā roſtri fieri innocentiores: quas Plin.
puerbiū nr̄ ait oppetere nō egritudine ſed fame. in tantū ſupiore roſtro accreſcente: ut aduncitas aperiri non
Ganime queat. POcillatorē phrygiū. Ganimedē ſignificat: quē iupiter efflictim amās in aquilā demutatus
dis ra/ rapuit fabula notiſſima. Lactātius poeticū uelamentum ita referat ac detegit. ut tradat iō dici iouem
ptus. rapuiſſe in aq̄la catamitum quia aut p legionē rapuit cuius inſigne aq̄la eſt: aut quia nauis in qua eſt
impoſitus tutelā habuit in aq̄la figuratā. Strabo harpagiā dici locum autumat unde raptus ſit gany
medes. αρπαζω enim græce eſt rapio. id autē circa dardanium ꝓmontorium cōtigiſſe arbitrantur.
Euſebius chronographus ſignat Ganimedem a tantalo raptum eſſe: indeq́ exortum bellum inter
troem ganimedis patrem & tantalum. hunc in cœlo pocula & nectar ioui miniſtrare canunt poetæ

cotibus cauatis ꝓſerpūt. & lōga colla porrecti ſeui dra
cōes icōniuæ uigiliæ luminibus adictis: & i ꝑpetuā lu/
cē populis excubātibus. Iāq́ & ipſe ſemet muniebant
uocales aq̄. Nā & diſcede: & qd facis: uide: & qd agis:
caue: & fuge: & pibis: ſubide clamāt. Sic ipoſſibilitate
ipſa mutata i lapidē Pſyche: q̄uis præſenti corpe: ſenſi
bus tamē aberat. & iextricabilis piculi mole ꝓrſus ob/
ruta: lachrymaꝝ ēt extremo ſolatio carebat. nec ꝓuidē
tiæ bonæ graues oculos inocentis aiæ latuit erūna. Nā
primi Iouis regalis auis illa: repente propanſis utrinq́
pinnis: affuit rapax aquila. memorq́ ueteris obſequii:

& cum primis Ouidius cũ ait:nec mora percuſſo mendacibus aera pēnis arripit iliadē:q nunc quoq; pocula miſcet inuitaq; ioui nectar iunone miniſtrat.Igitur cũ Ganimedes poculoꝝ ioualiũ pincerna ſit.uocabulo elegãtiſſimo pocillator dicit.quaſi poculoꝝ miniſtrator.a poculo.n.fit pocillũ:q̄ dictio ne Liuius & Plinius utunt.ꝑterea i zodiaco aq̄rius ē:quē cõplures.ut inqt higinus ganimedē eſſe dixerũt:quē iupiter miniſtrũ deoꝝ feciſſe exiſtimat:itaq; oſtendit uelut aquã fundēs.unde a græcis hydrochoos dictus quo noīe & a nr̄is noiat.Catullus i callimachi interꝑtamēto ꝓxius hydrochoi fulgures oarion.pocillatorē ganimedem denotat Auſonius illo uerſu ſtat iouis ad cyathũ generat quē dardanius tros.Nam ſtare ad cyathũ.ſcite & elegãter dicit pocillator.q cyathũ ꝓpinat.ſic iuuenalis. Nec pueriliacus formoſa nec herculis uxor ad cyathos. Suetonius tradit cæſarem ad cyathũ ſteriſſe nicõedi.cyathiſſare.plautino uerbo ē ad cyathum ſtare:& cyatho uina miniſtrare hoc ē fungi pocillatoris miniſterio. NVmē dei. Imperiũ ueneris.& maieſtatem:a nutu numē dictũ. SVſtulerat. In cœlum tulerat portaueratque. DVctu cupidinis.Sēſus eſt aqla reprēdere uult beneficiũ cupidini. ſubueniens laborioſæ pſiche eius uxori memor.& auſpicio ductuq; ipſius cudidinis ganimedē i cœlũ uexerat ioui amatori. IN uxoris laboribus.In laborioſis erumnis pſyches. Diales uias. Iouiales & cœleſtes.græci dia iouem appellãt.hic flamē dialis dictus a ioue cui ſacra facit:a die quoq; dialis deducitur:hinc ſcoma illud.M.Tullii in conſulem.q uno tãtũ die conſulatum peregit:ſolent inqt eſſe flamines diales.modo conſules diales habemus.inde ſub dio dicitur:quaſi ſub ioue.i.cœlo:qd & ſub diuo dicit.unde ſubdiales dictæ ſiue ſubdiuales ambulationes Plinio:quæ apertæ ſunt.& oſtētæ ſoli.atq; ſub cœlo:quas græci auctore Victruuio hypethras uocant quaſi ſub ethra.i.ſub cœlo.eſt enim ethra ſplendor etheris. OB os. Ad os.ob.n.ut ſupra dictum eſt.Antiqui ponebant pro ad. ut ob Romam.ad romam.ab os.ad os.M.Tullius.Cuius ob os graii ora obuertebant ſua. IOui formidabiles ſtigias aquas.Vt poetæ canunt ſtatuit Iupiter ſi quis feſeliſſet numen ſtigis peieraſſetq; ꝑ ſtigias undas.ut uno anno.& nouem diebus ab ambroſia.& nectare prohiberetur. ideo autem hoc fictum creditur:quia triſtitia contraria eſt æternitati:& dii per ſtigias aquas tanquam rem contrariã iurare formidant:Virgilius.ſtigiamq; paludem dii cuius iurare timent & fallere numen.apud Platonem in phedone ſtigius Fluuius per colorem cyaneum hoc eſt nigrum & obſcurum erumpere fertur.qui paludem efficit ſtigiam:ante dictum eſt nomine ſtigis tropologice ſignificari quicquid inter ſe humanos animos in gurgite mergit odiorum. DEIEratis.Deierare eſt ualde iurare. hæc enim particula de auctiua eſt ut deamat pro ualde amat auctor Donatus.unde deiurium dicitur gellio & reliquis pro iure iurando.peierare uero eſt falſum iuſiurãdum dicere:quod & periurare uſurpatur. Tertulianus.Cicius apud uos per omnes deos q̄ per unũ geniũ cæſaris peieratur. CEdo.Da. VRnulã.Vas aquarium eſt:ex eo dicta urna:q urinat in aqua haurienda.Vrinare.n.eſt mergi.inde urinatores & urinantes dicti qui ſub aquis natant.& mergunt:q̄ dictio apud Pliniũ frequentiſſima:Quicũq; ſidere delphini oriēte natus fuerit urinator.urinariũ mēſa eſt uaſoꝝ:ex eo dictum q urnas cum aqua poſitas ibi potiſſimũ habebãt. TRIſulca uibramina draconum.Hoc dictum propter linguã. q̄ ſerpētis triſulca eſt.uibrãs atriq; coloris ut docet Plinius in.xi.qđ & poetæ teſtant Virgilius arduus ad ſolē & linguis micat ore triſulcis.Ouidius treſq; micant linguæ ſenſus eſt.aqlã erepta urnula excepiſſe rettuliſſeq; ad pſychē aquas illas formidabiles inter triſulcas uibranteſq; linguas draconũ & dentes aculeatos:quos ſerpentibus eē tradũt:ſerratos pectinatim coeuntes.ne cõtrario occurſu atterant. REmigiũ.Alas.dicit ut ſupra poeticã trãſlatione. INnoxius. Armiger ſcilicet iouis aquila. PRAEminãtes.Poſſumus ēt legere ꝑmonētes tãq̄ aq̄ prius mouerit aqlã ut abiret ſine nocumento. COMmētus.Cũ finxiſſet aqla. VEL tunc.Exhibito officio tam difficili & obſeqo tã ancipiti.

quo ductu cupidinis Ioui pocillatorem Phrygium ſubſtulerat: opportunam ferens opem: deiq; numen in uxoris laboribus ꝑcolens: alti culminis diales uias deſerit.ob os puellæ preuolans:incipit.At tu ſimplex: alioquin & expers rerũ talium:ſperaſq; te ſanctiſſimi: nec minus truculēti fontis:uel unã ſtillã poſſe furari: uel omnino contingere:diis etiã:ipſiq; Ioui formidabiles aquas iſtas ſtigias: uel fando compiſti. quodq; uos deieratis ꝑ numina deoꝝ:deos ꝑ ſtygis maieſtatē ſolere.ſed cedo iſtã urnulã. & protinus arreptam complētãq; feſtinanter. libratiſq; pinnarũ nutãtium molibus:inter genas ſæuientiũ dentiũ. & triſulca uibramina draconũ : remigiũ dextera leuaq; porrigens : uolentes aquas:& ut abiret innoxius:præminantes : excipit: cõmentus:ob iuſſum Veneris petere eiq; ſe præminiſtrare.quare paulo facilior adeundi fuit copia.Sic acceptam cũ gaudio plenã urnã : Pſyche Veneri citata retulit.nec tamē nutũ deæ ſeuientis : uel tunc expiare potuit.Nã ſic eã maiora:atq; peiora flagitia cõminãs:

Pocillator. Hidrochoos. Aq̄rius. Stare ad ciathum. Ciathiſare. Diales uiæ. Scoma. M.Tullii Cõſules diales. Subdiales ambulationes. hipethre Ethra. Dii iurãt per ſtigia Deiecare, Deamarī. Deiuriũ. Peierare. Vrna. Vrinare. Vrinatores. Vrnariũ. Triſulca lingua draconũ.

APpellat.Alloquitur. REnidens exitiabile.Riſu exitiũ perniciẽq; denuncians. MAgna q̃dã.
Si legis magna copulabit̃ cũ malefica.ſed diſpice an purior lectio ſit maga.dicit.n.uenus ſibi magam
quãdã uideri pſychẽ.& maleficã primi nois:quæ mandata ipſius ĩpoſſibilia ne dũ difficilia factu. tam
Gnauiter ſtrenue exequuta ſit. GNAuiter.Strenue uelociter diligenter. PVpula.Ironicos pronunciãdum.
nomine.n.blandimenti appellat pſychen.quã maxime oderat quẽadmodũ blandientes dicere ſole/
Pupula mus.meus ocellus.mea colũba.mea feſtiuitas.Cõſimiliter dicimus mea pupula.quæ in oculo pars p̃/
uidendi ciosior eſt:ut pote uidendi opifex
effectrix. atq; effectrix.& ut auctor ẽ Plini/
Pupæ. us adeo pupillis abſoluta uis ſpe/
Pupi. culi eſt: ut totam imaginem ho/
minis reddant.qdã id blandimen
ti nomen a puppa deducunt. ſunt
.n.puppæ quæ p diminutionem
puppullæ dicũt̃ imagũculæ puel/
lares indelitiis oblectamẽtiſq; uir
guncularum . de quibus eſt illud
perſianum: Nempe hoc q̃ ueneri
donatæ a uirginæ puppæ.itẽ pup
pas : & pupos nominauit antiqui
tas.puellas & puellos prior interp̃
tatio magis proba magiſq; uenu/
ſta eſt.ut ad pupulam oculi blan/
dimentũ id genus referrat̃. OR
ci ferales penates.Domicilium or
ci.i.plutonis ferale eſſe & mortife
rum merito dici nemo eſt qui ne
Quæro ſciat. DE te.A te:uetus elegãſq;
de te. locutio.Oratius.quærit de pueris
Diecula. nũ ſit quoq; fracta lagena. DIE
culã.Quod per unam diem etiã
breuiculã ſufficiat: Diecult.n.mõ
diem ſignificat.alias morulam.&
tẽpuſculũ:ut in primo cõmẽtario
fuſius explicatum ẽ. QVod ha
buit.Scilicet formoſitatis quaſi di
cat.oĩs mea formoſitas genuia &
ingenita eſt abſumpta in curatiõe
cupidinis egroti ſicut medicamẽ/
tũ ex pyxide deprõptũ abſumitur
ĩ ægro curãdo. REdito.Regre/
dere. HAVD ĩmaturus.Cito p̃
mature feſtinanter. INDIdem.
Inde ex hac pyxide ex hac formoſitate proſerpinæ. VElamento reiecto.Ideſt aperte nec per amba/
ges ac uelamentum cognouit ſe impelli ad ultimũ exitium. VLtimas fortũas.Vltimũ infortuniũ.
QVID ni:Cur nõ.ſ.cõperiret cognoſceretq; ſe ſe cõpelli ad exitiũ p̃paratũ.remotis ſtrophis. & fu/
cis. DEmeare.Deſcendere.& deorſum meare. INdidẽ.Ex ea turri. DEſcẽdere.Vt.ſ.p p̃cipitiũ
extincta.ita deſcenderet ad manes.ad quos demeant ſoli mortui. ET qd.Turris uocalis facta caſti/
gat pſychen:q̃ ſe p̃cipitio perẽpta demittere uellet ad tartaꝝ cũ mortuis nullus ad ſupos reditus pa/
teat:unde negant redire quemquam.ex quo fieret ut ueneri pyxideculam referre non poſſet. NO
uiſſimo periculo.Qui ultimum periculum ſibi ſuperãdum eẽ cognoſcit.& extremũ labrem ſupereſ/
ſe.id forti animo capeſſere nõ recuſat.ut exanclatis erũnis deinceps mollitur qeſcat.nã ſpes qetis inui/
tamentũ eſt laboris ſubeundi. SEiugatus.Separatus ſeiunctuſq;.abiuratis uitæ ſtipendiis TAR/
tarum.poetæ tartarum appellant carcerem pœnarum infernaꝝ:qd & Tertullianus memorat in apo
Tartarus logetico Plato receptaculum eſſe autumat.in qd oĩa flumina cõfluãt & rurſus effluãt.tãquã tartarus
Tartari/ fons ſit aquarum oĩum.Platonẽ refellit Ariſtoteles in ſecũdo meteoroꝝ:grãmatici tartaꝝ deducũt
nius απο του ταρταρι ξειν.i.a tremore frigoris.uel απο της ταραχης qa oĩa illic turbata ſunt ob hoc di
Deuium xit.M.Varro tartari originẽ græcã eẽ a tartaro fit tartarinus.qd ueteſti poetæ carmẽ oſtẽdit corpore
ſcortum. tartarino prognata palude uirago. ABditã locis.Obditã q̃ſi in receſſu cõditam.ac delitefcẽtẽ.deuia
ãt loca dicimus.q̃ extra uiã militarẽ ac publicã remota ſunt.ſic deuii populi.M.Tullio dicti.ſic ab ora
tio ſcortũ deuiũ pro meretrice : quæ in angiportu ſiue uico remotiore degat procul a uicis publicis.

appellat:renidens exitiabile.Iam tu quidẽ uideris ma
gna quædã mihi:& alta p̱rſus malefica: q̃ talibus pre
ceptis meis obtẽperaſti grauiter.ſed adhuc iſtud mea
pupula miniſtrare debebis. Sume iſta pyxidẽ & dedit
p̱tinus.uſq; ad inferos:& ipſius orci ferales penates te
dirige. Tunc cõferes pyxidem proſerpinæ : petit de te
Venus dicito.modicum de tua mittas ei formoſitate.
uel ad unã ſaltẽ dieculam ſufficiens.nã quod habuit:
dũ filiũ curat egrotũ : cõſumpſit : atq; cõtriuit omne.
ſed haud ĩmaturius redito: quia me neceſſe eſt indidẽ
delinitam theatrũ deorum frequẽtare . Tunc Pſyche:
uel maxime ſenſit ultimas fortunas ſuas : & uelamen/
to reiecto:ad promptum exitiũ ſeſe compeli:manife/
ſte comperit. qd ni: quæ ſuis pedibus ultro ad tartarũ
maneſq; demeare cogeret̃ :nec cunctata diutius : p̱git
ad quãpiã turrim præaltã . ĩdidẽ ſe datura præcipitẽ.
ſic enim redatur : ac inferos recte:atq; pulcherrime ſe
poſſe deſcendere.ſed turris prorumpit in uocem ſubi/
tam . Et quid te inquit præcipitio miſella quæris ex/
tinguere:quidq; iam nouiſſimo periculo laboriq; iſto
temere ſuccumbis : Nam ſi ſpiritus corpor̃ tuo ſemel
fuerit ſe iugatus : ibis quidem profecto ad ĩmum tar/
tarum.ſed ĩde nullo pacto redire poteris mihi auſcul/
ta.Lacedemon Achaie nobilis ciuitas : non longe ſita
eſt.huius conterminam : deuiis abditam locis quære

SIGILlatim. Singulos ſeparatim ſingulatim & ſigillatim dicitur a ſingulis: aduerbium eſt notiſſimum a Plauto ſingulariter dictum: ſingulum ueſtigium: & ita ueteres uſurpant. INDIdem. Ex eadem faſcia. ARctiſſima. Strictiſſima. AFfirmari. Melius offirmari pro eo quod eſt occludi obturari obſerrari. indicat perticam illam uicem impleuiſſe clauſtrorum: & repagulorum. OBtundere. Crebris ictibus ferire. Tranſlatio ſumpta a malleis fabrorum quibus ferramenta in incude tundũtur. FESſis uiribus. Merito in fœmina: quæ in becillior eſt & infirmior: cito uires defeſſæ ſunt: & brachia laſſeſcere cœperũt. DEgrauatus. Valde grauatus hæc enĩ particula de modo auget: alias minuit. Plinius in. vii. eoſdem præterea non poſſe mergi nec ueſte quidem degrauatos. SVOpte. Suo ipſius. TVOpte tuo ipſius. Et alia cõſimiliter. CIta. celeri. AD focum. Proprie focus locus ẽ ubi fit ignis a fouendo ideſt calefaciendo dictus. Tibullus dum meus aſſiduo luceat igne focus: ad focum colliť lar familiaris deus de quo Plautus in aulularia. a foco focariæ dictæ fœminæ quarum miniſterium circa focum eſt libro regum primo ſic ſcribiť filias quoque ueſtras faciet ſibi unguentarias & focarias & panificas. Vlpianus refert focariam & uilicam inſtrumento fundi contineri: focale uero non a foco: ſed a fouendis faucibus denominatur. eſt enim faucium uelamentum: cuius oratius Quintilianus. Martialis. commeminerunt focaneus quoq; palmes dictus Columellæ. non qui in foco eſt ſed qui in biſurco uitis prorepens. uelut fauces obſidet. Vnde & nomen. focula antiqui dixerũt nutrimenta. & foculare nutrire ac fouere. fomenta focillationes a fouendo deducunť. TITIOnem. Vt Lactantii uerbis utar ex libro quarto inſtitutionum titionem uulgo appellant extractũ foco torrem ſemiuſtum extinctum nonius quoq; titionem eſſe dixit fuſtem ardentem. zacharias propheta. Ecce inquit titio eiectus ab igne. Virgilium torrem dixit. Quem noſter lucius titionem. pacuuius & ennius declinabant hic torrus torri in ſecunda declinatione. Sed ille loquendi mos exoleuit cum nũc omnes dicant hic torris ex formula tertii ordinis. OBtrudit. Trudendo immittit & inuito impingit. Terentius. quoniam nemini obtrudi poteſt itur ad me ubi exponit Donatus infringi impingi. q̃ſi inuito. INNIxus. Adminiculatus. ſubnixuſq;. LIQVIda fimo. Mira fuit priſcorum in uariandis generibus declinationibuſq; licentia. M. Varro lupum fœminam dicit corius & collus maſculino genere dictus. pari modo diuerſo genere dicebãt: hæc metus hæc annis hic frons cõſimiliter Apuleius licenter dicit fimum fœminino genere cum maſculino & neutro apud cæteros dicatur a fimo fit fimetum. quod ſignificat ſterquilinum. Aſinini pulli fimum quod primum edidit poleam uocãt Ariſtoteles & Plinius. EGEſta. Effuſa quaſi eiaculata. auctores tradunt feram quæ bonaſus uocetur. fuga ſibi auxiliari egerentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine: cuius contractus ſequentes ut igis aliquis comburat. itidem Aſinus egeſtione excrementi liquidioris perniciem a ſeſe repulit. QVA cæcitate. Ex hoc intelligi uult largiorem fimum egeſtum eſſe cuius copia mulier illa quaſi obcæcaretur. CERtum. Legendum eſt cæterum. DELIrantis altheæ. Fabulæ canunt altheam meleagri matrem: cum uidiſſet fratres Toxea & plexippum iterfectos a filio referri. uolentem ulciſci fraternos obitus. furore extimulatam conieciſſe in medios ignes titionem pro uita meleagri continebatur. & ita uterq; ſimul extinctus eſt. mox althea diri facti conſcia ſibimet necem conſciuit. acto per uiſcera ferro. parcæ torrem illum ſiue titionem funereum atq; fatalem in flamas poſuero. cum altea meleagrum eſſet enixa dixerũtq; tempora & ſtipiti & puero eadem foro. tunc althea ſtipitem illum e flammis ereptum ſeruauit abditum in arca atq; in penetralibus. qui ſeruatus meleagrum quoq; ſeruabat. extinctus igne illum pariter extinxit græci δαλον uocant hunc titionem ſiue torrem quo meleagri uita continebatur. nunc non inconciniter Apuleius utens fabulæ huiuſce tranſlatione ait ſe Aſinũ quaſi meleagrum extitiſſe. qui paulominus interierit titione mulieris quaſi alterius altheæ. quæ per delirium & furorem exitium filio concinauit & ita apte. Aſinum meleagro fœminam altheæ titionem titioni comparat. Altheam uocant maluam ſilueſtrem. quæ ab excellentia effectus. a quibuſdã Ariſtalthea appellatur. Altheæ radix. ut inquit Plinius cocta in aqua aluum ſiſtit efficatior conuulſis ruptiſq;. Hippocrates uulneratis ſitientibuſq; a defectu ſanguinis radicis altheæ decoctæ ſuccum bibendum dedit.

ſigillatim inlignas: indidem conſtringit arctiſſime. ſcilicet ne quod uindictæ meæ ſupereſſet præſidium. & pertica: qua ſtabuli fores affirmari ſolebant arrepta. non prius me deſiit obtundere: quam uictis feſſiſq; uiribus ſuopte pondere degrauatus: manibus eius fuſtis eſſet elapſus. Tunc de brachiorum ſuorum cita fatigatione conquæſta: procurrit ad focum ardentemque titionem gerens mediis inguinibus obtrudit. donec ſolo quod reſtabat innixus præſidio. liquida fimo ſtrictim egeſta: faciem atq; oculos eius confedaſſem. qua cœcitate atq; fetore: tãdem fugata eſt a me pnicies. certum titione delirantis altheæ meleager aſinus iteriſſet.

Degrauatus. Suopte. Focus. Focariæ. Focale. Focaneus. Palmes. Focula. Titio. Torris. Torrus. Obtrudere. Licentia ĩ uariãdis generibus. Fimetũ Polea qd Bonaſus egeriti fuga fimum. Titio meleagri fatum. Althea malua. Ariſtalthea.

LIBER OCTAVVS.

HOC uolumine nex mariti charites miſeráda. Exoculatio amatoris. Thraſilii ſacta per charitem. Vltronea puellæ mors explicantur. Mutatio domini. Enarratio ſacerdotũ Deæ ſyriæ luculenta. & illorum ſpurciſſimæ libidines. Flagra diſſectiõeſq; membrorum fraudes ac decipula detecta continentur.

NOctis gallicinio uenit quidã iuuenis ꝓxia ciuitate: ut qdé mihi uidebat᷑: unus de famulis Charites puellæ illius: q̃ mecũ apud latrões pares erũnas exãclauerat is de eius exitio: & domus totius ĩfortũio. mira ac nefanda: ignẽ ꝓpꝑ aſſidẽs inter cãſeruorũ frequẽtiã: ſic anũciabat. equiſiones opiloneſq; etiã bubſeq: fuit Charite nobis q̃ miſcellæ & qdé caſu grauiſſimo: nec uero incõmitata mães adiuit. ſed ut cũcta noritis: referã uobis a capite quæ geſta ſunt: quæq; poſſint merito doctiores: qbus ſtilum fortuna ſubminiſtrat: ĩ hiſtoriæ ſpeciẽ Chartis inuolucre.

Chronographia. NOCTIS gallicinio. cronographia. i. tẽporis deſcripto eſt ſecundũ dici ciuilis diuiſionẽ
Gallicinium. poſt mediam noctem eſt gallicinnũ
Conticinium. a gallicantu dictũ. inde conticinium
cum & galli conticeſcũt. & homines
tunc etiam quieſcunt. galli uigiles
nocturni: quos excitantis ut ĩquit
Plinius in opera mortalibus rumpẽdoq; ſomno genuit natura diẽ
uenientem nunciant cantu. ipſum
uero cãtum plauſu lateꝶ. Ambroſius in qnto exameri eſt ẽt galli cãtus ſuauis in noctibus. nec ſolum
ſuauis ſed ẽt utilis. qui q̃ſi bonus
cohabitator. & dormientẽ excitat
& ſollicitũ admonet: uiãtẽ ſolatur
proceſſum noctis canora ſignificatione proteſtans græco uocabulo
gallicimiũ dr̃ αλεκτρυοφωνία. Lucianus hoc eſt idẽ tẽpus deſcribẽs
ait ηυ ρυξβαθεια αγγελοσ τισα
ποτηο κωμησ ηλευρειο τορα γρορ καισηρεποσυληρ. erat inqt nox ꝓfunda. cũ nuncius ex caſtello ĩ
agrũ uenit & uillã. Gallinaceorum cãtus terret leones. qđ ſeri ſcriptores tradunt & eſopus fabulator
oſtẽdit. ꝓuerbiũ eſt apud græcos αλεκτρυορ ωρ μεμφεσ θακοιλιαρ. Gallorũ uẽtrẽ ĩcuſare. De his
qui delicatius uiuũt: & ſumptuoſius. IS de eius exitio. Lucianus breuiſſime perſcribit ſponſum &
ſpõſam in littore ambulãtes repẽte fluctibus maris abſorptos eẽ hic uero noſter lõge demutans receſſeq; a græco ſcriptore denarrat copioſius latiuſq; alio mortis genere extictos iteriiſſe: q̃ narratio auocat tenet mulcet lectorem minime laſſeſcentem. IGNEM propter. iuxta prope. ſic Virgilius ꝓpter
Conſeruus. aquæ riuũ. CONſeruoꝝ. Qui eidẽ domino ſeruiũt: q in eodẽ ſunt famulitio cõſerui nõiant. Seneca libro. vii. epiſtolaꝶ ſerui ſunt imo hoies ſerui ſunt imo humiles amici ſerui ſunt imo cõſerui. συνδουλορ cõſeruũ uocãt. EQVIſiões. Hoc totũ feſtiuiter. ſicuti. n. q cõciõnẽ hẽt ad romanos ſolet qritꝭ uocare. ita apud paſtores uerba faciẽs appellat illos ſuis nominibus. ſpeciatim ſeiunctimq;. nam cũ
Equiſiones. res paſtoralis ferme tota contineatur. aut equis. aut bobus. aut ouibus p trigemina noia paſtores oẽs
expreſſit. Equiſiones qui alio nomine equitiarii equorũ moderatores ſunt. aut magiſtri apud anti‑
Bubſeq. quos oẽs quibus regimen cuiuſlibet rei concedebatur equiſiones dicebant᷑: ut ſupra ſuo loco docui‑
Buceriæ mus. BVBſequæ. Bubulci a ſequẽdis bobus dicti. eo inclinatu format᷑ ſubſequa. quo pediſſequa.
Bucera. bucerias dicũt boũ greges. q̃ & bucera nominant᷑. bubulcitrare eſt boues curare bucedæ uero qđ an‑
Bubulcitare. notatu dignũ eſt uocabulo plautino ſunt qui loris bubulis cedunt᷑ quos & plagipatidas uocant ex eodẽ genere ſunt flagriones. q̃ſi flagris ſubiecti & uerberões & maſtigiæ diuerſo. Tintinaculi oppido
Bucedæ quã eleganter dicuntur uirgatores: ſiue tortores. qui flagris cedunt ſontes ob noxam & loris bubulis
qui plagipatidæ. caſtigant uocabulo ficticio a ſonitu quem uerbera efficiunt. nam dum uerberant & cedunt flagris.
Tintinnare uidentur & tinnitum reddere ex crepitu plagaꝝ. quæ percuſſio feſtiuiter dicitur ab eodẽ
Flagriones. Plauto. Tax. Tax uidelicet per onomatopœam a ſonitu quem reddit id genus hoies flagratores quoq;
dicebatur q̃uis quidam flagratores ponant pro flagriões ut ſint qui mercedæ flagris cedunt᷑. FVit
Tintinaculi. charte nobis. quod fuit nõ eſt. quæ fuiſſe dicitur iam extincta eẽ ſignificat᷑. Cõſimiliter Virgilius fuimus troes fuit illium & ĩgens gloria teucrorum. hoc enim uerbo utimur cum quidpiam tranſactũ
Tax. & pœnitus ſublatum & ad nihilum redactum ſignificamus. Plautus in perſa omne ego pro nihilo
Flagratores. duco quod fuit quando fuit tanquam hominem quando animam efflauit quid eum quæras q fuit.
NEC incomita. Dulce eſt moriẽtibus cõmori & maximũ morientis ſolatiũ ẽ ſi nõ ſolus moritur.
Futiliũ. ſi petit inferos comitatus. iuxta illud. Nũquã oẽs hodie moriemur inulti. MAnes adiuuit. Inferos
Pro nihilo quod fuit. petiit. A CApite. A principio. & ſumma rei origine. græce dicit᷑ κεφαλαιορ. CHAritis. Emendo chartis ut ſit ſenſus ſe cuncta uelle referre. ut hiſtorici poſſint chartis & libris iſta conſcribere occulte
denotat ſemet ipſum. a quo hæc chartis inuoluuntur. & hiſtorico ſtilo conſcripta poſteris produnt᷑.

ERAT in proxima. Narratio ſecundũ p̃ceptiones Rhetoricas. Lucida breuis probabilis. qua ſin/
gula ita decenter ita graphice deſcribuntur: ut non legere te putes ſed cernere. EQVO clarus. Eq/
tem equeſtriq; claritudine nobilem fuiſſe ſignificat: quidẽ codices habent loco clarus. ut loci condi/
tione ſplendidũ fuiſſe demõſtret. NATAlibus. Claritudine natalium inſignis & nobilitate gene/
ris illuſtris. Natales ſunt τῶν ἀἰσσωρ. nam laudamus natales ut honeſtos: infamamus: ut ſordidos. Natales.
Plinius in tertio epiſtolaꝝ. nõnũq̃ candidus natales cõpetitoris arguebat. Titulus eſt apud iuriſcon/
ſultos de Natalibus reſtituendis:
quo euidenter oſtenditur: eum q
Natalibus reſtitutus ſit: un iure
ingenuitatis tanq̃ nomine nata/
lium ingenuitas ipſa ſignificetur.

Erat in p̱xima ciuitate iuuenis: natalibus prænobilis: equo clarus: & pecuniæ fuit ſatis locuples. ſed luxuriæ popinalis. ſcortiſq; & diurnis potatiõibus exercitatus. atq; ob id factiõibus latronũ male ſociatus. nec non ẽt manus infectus humano cruore. Thraſillus nomine. idq; ſic erat. & fama dicebat. hic cum primum Charite nubẽdo maturuiſſet: inter præipuos procos: ſummo ſtudio petitionis eius munus obierat: & quãquam cæteris omnibus id gẽus uiris antiſtaret. eximiiſq; muneribus parentum inuitaret iudicium: morum tamen ĩprobatus: repulſæ contumelia fuerat aſpſus. At dum Herilis puella ĩ bõĩ Lepolemi manũ uenerat: firmiter deorſus delapſum nutriẽs amorẽ: & denegati thalami

LVXuriæ popinalis. Ideſt qui
inter popinas. & ganeas. & luſtra
luxurioſe ac prodigaliter pecuniã
dilapidaret. De popinis aliubi af/
fatim ſcripſimus. popinones dicũ Popinones.
tur hoies luxurioſi popinis dedi/
ti. quos alio nomine uocant ta/
bernarios. & ganeones. popinatio Popinationes.
nes ſunt luxus. & helluationes
græce dicuntur ἀσωτοί & ἀσω/ Helluationes.
τίαι. FActionibus latronum. Aſoti.
Inter bonos amicitia inter malos
factio eſt. Tertullianus his nomẽ Factio inter malos.
factionum accommodatum eſt.
qui in odium bonorũ & probo/
rũ conſpirant. MANVS infectus. Habẽs manus infectas tinctas. maculoſas humano ſanguine ta/ Thraſylus.
les aũt ſiccarii & homicidæ: figurata locutio eſt. ſic Virg. Nuda genu: nodoq; ſinus collecta fluentes.
THYRAſylus noĩe. Latroni cõgruẽs nomẽ. nã græce θρασος dicitur temeritas ferocitaſq;: unde & Maturuiſſet.
thraſylus pro temerario & feroci. MATVruiſſet. Ad maturitatem ætatis nubilis pubertatiſq; ue
niſſet: Plinius in epiſtolis ſumma conſequuturus ſi uirtutes eius maturuiſſent: poeta in hanc ſniam
iam matura uiro. iam plenis nubilis annis. MANVS obierat. Adierat peregerat ĩpleuerat officiũ
proci & petitionis uxoriæ. ID genus. Eius generis. ſ. procoꝝ. uetus & perinde elegãs locutio id ge/
nus. hoc genus pro huius generis. & illius generis. hac locutione ſcatẽt uolumina eruditoꝝ. AN/
TIſtaret. Præſtaret excelleret. Catullus antiſtas mihi milibus trecentis. Antiſtitium dicĩ Martiano Antiſtitium.
ipſa excellentia & apex dignitatis. PArentum iudiciũ. Tãta in muneribus fiducia. & plerumq; uis
eſt. ut parentes ſæpe conniueant in filia elocanda: ut munera tenebras mortalibus offundant: in hãc
ferme ſententiam eſt illud Satyrographi: ipſos audent temptare parentes. MOrum imbrobatus.
Malemoratus. & ex malis moribus culpatus. Archaiſmos eſt. REpulſæ contumelia. Prælatio al/
terius ſine alterius cõtumelia nõ põt procedere: nec electio ſine reprobatione. Vt inquit Tertulliãus:
ſicuti aũt repulſam patiunĩ præteriti in magiſtratus petitiõe cũ dedecore & cõtumelia. ita impeten/
da uxore. repulſus p̃teritus q; fuerat turpiter Thraſyllus. & cũ dehoneſtamento. Valerius Maximus Sugillatus.
ſyllam ſcribit repulſa p̃turæ ſugillatũ fuiſſe: quem uult intelligi ſugillatiõe quadã & turpi contume
lia deformatũ: notatumq; ob repulſamq;. HERIlis puella. Filia heri noſtri. ſic ſeruus appellat cha Herilis.
ritẽ. quæ filia erat heri hoc eſt domini. apud Plautum frequenter herilis filius dicitur domini filius.

IN manũ uenerat. Ideſt denupſerat lepolemo eiuſq; uxor facta erat. quod aũt ait in manũ conue/ Solemnitas rei uxoriæ.
nerat uſus eſt uerbo nuptiali. Ex ritu. ſ. conſuetudineq; priſcorum: & ut id qđ dicĩ planius fiat ſcito
duobus modis uxorẽ haberi ſolitã uſu. & coemptione: Nã cõfarreatio de qua ſuo loco dicetur ſolis
põtificibus cõueniebat: q̃ in manũ p coemptionẽ cõuenerãt eæ matres familias uocabanĩ: quæ autẽ
uſu nequaq̃: Coemptio certis ſolẽnitatibus p agebaĩ. & ſeſe in coemẽdo inuicem interrogabant: uir
ita an mulier ſibi materfamilias eſſe uellet: illa reſpõdebat uelle. Itẽ mulier iterrogabat: utrũ uir pa/
terfamilias eẽ uellet: ille reſpõdebat uelle. Itaq; mulier uiri cõueniebat in manũ. & uocabanĩ hæ nu/ Nuptiæ per coemptionem.
ptiæ p coemptionẽ & erat mulier mr̃familias uiro loco filiæ. Auctor Vlpianus & poſt Vlpianũ Boe
tius in cõmentariis topicoꝝ. qui alio quoq; loco tradit qđ bona mulieris poſt eius mortem uir adi
piſcatur: quæ in uiri manũ cõuenerit. efficiĩ enĩ p in manus cõuẽtionẽ. ut quæcũq; ſunt mulieris ui/ Materfamilias.
ri fiant dotis noĩe: hãc ſolẽnitatẽ nuptiaꝝ ſignauit. Au. Gellius cũ ait matrẽfamilias appellatam eſſe
eã ſolã quæ in. mariti manũ mancipiũq; ueniſſet: hoc idẽ denotat Seruius maronianus iterpres ſcri/ Grãmatiſtarum deus Seruius.
bẽs in. xi. cõmẽtario matrẽ familias dici q̃ in matrimonio cõuenit p coemptionẽ: p quandã iuris ſo/
lemnitatẽ. Triuiales magiſtri & minuti grammatiſtæ quoꝝ deus eſt Seruius legentes hæc ſeruiana
annotamẽta hallucinantur: atq; cecutiunt apud quos cõmẽtator cõmentatore. interpres eget inter

prete:qui noſtra quoq; iterdū uellicant:quia ſcripta nō ſunt uerbis uulgariis.& ſtilo rubiginoſo. de hac coemptione coniugali.qua uxor ī mariti manum cōueniebat.itellexit poeta illo uerſu.Teq; ſibi geneꝝ thetis emat oībus undis.Hic aūt ritus ſic peragi ſolebat:Nubētes aſſes tris ad maritum uenientes ferre ſolebant:atq; unū quē manu tenerent.tanq̄ emendi cauſa marito dare:alio quem in pede haberēt in foco lariū familiariū ponere.Tertiū quē in marſupio cōdidiſſent.cōpito uicinali reſonare.hæc eo curioſius enarrauiq; explicaui:ꝑpterea qđ non paꝝ multi lectores ꝑ incuriā eruditionē in Apuleianis uerbis deliteſcentē haud facile perſpiciūt: neq; ultra primorem cutem deſcendūt.minime elaborantes ſanguinem ac medullam uerboꝝ ipſius eruere: atq; penitus introſpicere: Nos uero.q poſteroꝝ negocium ꝑ uirili parte agere contendimus penſiculare & diligēter ꝑpendimus ea quæ nō ſunt oībus obuia.q in ſecretariis doctrinaꝝ recōdita deliteſcunt.& ut in cōmentariis priſtinis noſtris dedimus operam. ne penitendi cōmentatores uideremur.ita in his curabimus. ne opera & impenſa diſpereat: ſupra quoq; id totum leges explicatum ex ꝑcepto.ſ.græci ꝑuerbii quod ait Δισκαὶ τριστοκαλορ.ideſt bis & ter pulchra ſunt repetēda.

permiſcens indignationē:cruento facinori q̄rebat acceſſum.Nactus deniq; præſentiæ ſuæ tēpeſtiuā occaſionē:ſceleri qđ diu cogitarat:accingitur. Ac die quo prædonū iſeſtis mucronibus puella fuerat aſtu:uirtutibuſq; ſpōſi ſui liberata:turbæ gratulātiū exultās: iſigniter permiſcuit ſeſe.ſalutiq; præſentia futuræ ſoboli nouoꝝ maritoꝝ gaudibūdus:ad honorem ſplendidæ proſapiæ:inter præcipuos hoſpites domum noſtram receptus occultato conſilio ſceleris: amici fideliſſimi perſonam mentiebatur.Iamque ſermonibus aſſiduis: & conuerſatione frequenti:nonnunq̄ etiam cœna poculoq; cōmuni carior:carior q; factus: in ꝓfundā foueam cupidinis ſeſe paulatim neſcius præcipitauerat:

PERmiſcens.Planior lectio eſt reminiſcens. ACCINgitur.Significanter locutus:ſic.n.dicimus in magnis rebus ſuſcipiēdis:ut accigunt oēs operi auctor donatus. TEMpeſtiuā occaſionē.pittaci mityleni illa eſt celebrata ſententia.γνῶθι καιρὸν.i.noſce oportunitatē.ſiue tēpeſtiuitatē.ſiue tempeſtiuam occaſionē:quæ adeo in rebus fœliciter obeūdis neceſſaria eſt:ut ſine occaſione nihil ferme ꝓſpere atq; ex animi ſententia proueniat:ſed ſup hoc copioſiſſime diſſerui.In libello ſeptē ſapientum. quē ſcio tibi Antiſtes maxime cordi eſſe.qui ueræ ſapiētiæ es explorator.qui ad ſapientiam perinde ac ſcopon dirigis ſtudia tua oīa & actiones. ASTV ſponſi.Qua aſtucia:uaframento.uirtute lepolemus ſponſam charitē ex ꝑdonū manibus liberauerit proximo uolumine enarrauit. SALVtiq;. Videtur legendū ſalutariq; ꝑſentia. GAVdibundus.Immodico gaudio geſtiens.& oībus læticiis affectū eſſe ſe ſimulās ſi.M.Tullio credimus:Gaudiū a læticia ſic diſtinguitur:ut gaudium in laude ſit in uitio læticia.ut gaudere deceat lætari non deceat.gaudimoniū Hieronymus haud indecenter uſurpat pro gaudio:qui in prohemio prophetarum gaudimonium īquit eius erit in luctū. ab eodē uox gaudimonii dicta eſt. PROſapiæ.uocabulū quidē uſitatiſſimū.ſed qđ a Quintiliano interdicatū.perinde ac uetuſtū nimis.& deculpatū. PERſonā mentiebatur.Nulli peiores inimici profecto ſunt q̄ ꝑſonati.q̄ occulti q̄ ſimulato amicitiæ tegumēto inuoluti.quos cuncti deteſtantur:de quibus cecilius uere ac diſerte ſcripſit.hi ſunt inimici peſſimi fronte hilaro.corde triſti.quos neq; ut apprendas neq; ut mittas ſcias.ad hanc ſententiā non abſurde referri pōt Plautinū illud.Lupus eſt homo homini.cū qualis ſit nō nouit.grammatici annotant fidos in maximis dici fideles in minoribus negociis.item fidos eſſe amicos:fideles ſeruos.ſed hæc īdiſcriminatim apud idoneos auctores uſurpantur:neq; enim decet friuolis grammaticorum obſeruationibus aſtrigi claſſicos ſummateſq; ſcriptores. COENA poculoq; communi.Menſam ueteres amicitiæ conciliatriculam eſſe dixerūt.ſæpeq; in conuiuio inuentus eſt amicus fidelior.creſcitq; beniuolentia ex cōſuetudine contubernalitatis.prouerbium græcū eſt dignum ſcitu.nec idignum memoratu.αὐτόματοι δὲ ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι.i.boni ad conuiuiū bonoꝝ ultronei eunt & iuocati.tanq̄ fas ſit bono uiro ire ad cœnam probi amici ſine uocatione.qua ex re cariores inter ſe fiunt & coniunctiores.auget enim beniuolentiā conſuetudo:hoc ego prope peculiariter facio cū meo Roſcio:ut illius conuictor ſim frequens.citra uocatorem.ut Roſcioꝝ domo perinde utar ac mea:in qua mihi oēs peræq; ac dominis obſecuntur:& cum ego ex meis moribus cœnem foris non libenter:tamen libentiſſimæ cœnito & pranſito apud Roſcios:ubi non extrarius eſſe uideor ſed domeſticus.ubi ſemper de litteris litteratis confabulationes iucundiſſimæ interſeruntur:ubi uita degitur hilarior & armenior. Omnipotens Deus faxit.ut in hoc contubernio dulciſſimo diu permanere:& florentes beatam uitā uiuere poſſimus. ROmā.Dictio hoc in loco futilis.& nihili.ac intempeſtiua pro qua ſubſtituto. uel rotā. uel foueā:utrūq; eni amori cōgruit.De rota cupidinis auctorē habes Plautum.ſic ſcribentem in caſtellaria.iactor crucior agitor ſtimuloꝝ uerſor in amoris rota miſer.Foueam autē & pedicas & caſſes dici

Nubētes cū tribus aſſibus ad maritum.
Medulla ſcriptoriſ introſpicienda.
Bis & ter pulchrū referēdū.
Pittaci ſententia noſce oportunitatem.
Libellus ſeptē ſapientem.
Laus Archiepiſcopi.
Gaudiū. Læticia. Gaudimoniū.
Fidus. Fidelis.
Prouerbium.
Boni ultronei in cōuiuio.
Conuictor peculiaris.
Mini Roſcii.
Rota cupidinis.

quis ignorat? Tranſlatione decentiſſima a feris facta: quæ foueis: & caſſibus capiuntur: Irretiũturq; itidẽ amantes irretiti lapſiq; tenentur. Quid ni? Quare non? Comica locutio. horatius militia eſt potior quid ni? Concurritur horæ momẽto: ſæpe annotauimus hác particulam comicis poetis eſſe familiarẽ. FLAMma ſæui amoris. Per catholicá ſententiá docet amorẽ ab initio eſſe modicũ. & modico uapore calentẽ: qui mox exeſtuet gliſcatq; in incendiũ ĩmodicũ: & cũcta comburens. Xenophon ſcribit amorem igne ac flãma eſſe flagrantiorẽ: quippe cũ ignis urat tangentes. & ꝓxima tantũ cremet: amor ex longinquo ſpectantes torret. inflãmat incendit.

Quid ni

Amor igne flagrantior

quidni? cum flamma ſæui amoris: parua quidem primo uapore delectet. ſed fomento conſuetudinis exeſtuans ĩmodici ardoris: & totos comburat hoĩes. diu deniq; liberauerat ſecum Thraſillus: cũ nec clandeſtinis colloquiis opportunũ reperiret locum. & adulterinæ ueneris magis magiſq; præcluſos aditus copia cuſtodientiũ cerneret. nouæq; atq; gliſcẽtis affectiõis firmiſſimum uinculum: non poſſe diſſociari perſpiceret & puellæ ſi uellet: q̃q̃ uelle non poſſet: furatrinæ cõiugalis incõmodaret rudimentũ & tamen ad hoc ipſum qđ nõ poteſt: contentioſa ꝑnicie: q̃ſi poſſet: ĩpellit: qđ nunc arduũ factu putat: amore ꝑ dies roborato: facile uidetur effectu: ſpe. ætate deniq;: ſed oro ſolicitis animis ĩtendere: quorſum furioſæ libidinis ꝓruperit ĩpetus. Die q̃dã uenatũ Lepolemus aſſumpto. Thraſillo petebat: ĩdignatus feras: qđ tamẽ in cãpis feritatis eſt nec eni Charite maritũ ſuũ quærere patiebat. beſtias

Seneca in tragœdia: cui titulus ẽ octauia: tradit amorẽ eſſe blandũ animi calorem: qui iuuenta genitus luxu & ocio nutritur inter læta fortunæ bona: quem ſi fouere aut alere deſiſtas cadit. FOmẽto conſuetudinis. Cõſuetudo magnum eſt amoris incentiuum unde merito & ſcite dicta conſuetudo ueneris ancilla. & ut ait Lucretius conſuetudo concinnat amorem. CLANdeſtinis colloquiis. Myſteria ueneris in arcano habenda ſunt minimeq; inuulganda. Amor furtiuus eſſe debet occultus clandeſtinus: & ut inquit Amaſius poeta celari uult ſua furta uenus. Militaris diſciplinæ ꝓceptũ eſt. Quod facturus ſis tractato cum pauciſſimis ac fideliſſimis. uel potius ipſe tecũ hoc idẽ optime ꝑcipi põt: militiæ cupidine ſectatoriæ. ut ipſe ſibi dux comes ſignifer ſit. ut clã latenter furtim. ipſemet amicã alloquatur ſi põt ſi minus ꝑ fidũ internunciũ. Furtiuum opertũq; alloquutũ amãtiũ apud priſcos fuit inſcribere corpus lacte herbæ. quá tithymallum uocant. alii lactucã caprinã. & ita amicas clandeſtino alloq̃bantur. COPIA cuſtodientiũ. Cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas. ſed plerũq; infida. nam ut iquir ueriſſime Diuus Hieronymus. Quid ꝓdeſt etiam diligens cuſtodia cũ uxor ſeruari ipudica nõ poſſit: pudica nõ debeat. GLIſcentis affectionis. Amorem cõiugalẽ ſignat q ex nouitate iucũdior in dies magis magiſq; gliſcebat. hoc eſt creſcebat. & augebatur inter neogamos. i. nouos maritos: uera eſt Medius fidius illa Propertiana ſententia. omnis amor magnus ſed aperto in cõiuge maior: Seneca quoq; in laudẽ amoris maritalis ſic ſcripſit perennis amor coniugis caſtæ manet. iter affectiones potẽtiſſima eſt & firmiſſima affectio amoris coniugalis. ubi adeſt illud Catullianum. Mutuis animis amant amantur. GLIſcentis. Creſcentis. ut ſæpe annotauimus. INcommodaret rudimẽtũ. Tirociniũ primitias paleſtrá ueneris: primitiuá. incõmodaret hoc in loco poſitũ uidet nõ tã pro ĩpediret q̃ pro cõmodaret ꝓberetq;. FVRAtrinæ cõiugalis. Furtiui cõcubitus Martialis: furatrina elegãti uocabulo pro furto & re furtiua dicitur eodem indinatu: quo ſutrina moletrina feratrina. ueteres moletriná: ut id tranſeũter explanem. dixerunt pro piſtrino a molendo. ſ. IMpelliur. Iuxta illam ſententiam notiſſimam. Nitimur inuetitũ ſemꝑ cupimuſq; negata. SPE ætate. Spes quam græci ελπίδα uocãt quæ ſola ĩterris remãſit ut cecinit Heſiodus: cũctos ferme mortales fouet. ac paſcit. cũ primis uero amatores ſpe alunt: quæ melius cras fore ſemꝑ ait. ut iquit Tibullus. a Seneca quoq; dictũ eſt. o ſpes amantum credula. Itaq; ſpes & ætas iuuenilis: quæ maxima ſunt i amore ꝓſidia thraſillo ꝑſuaſerant facile effectu fore quod concupiſcebat. IN cãpis ueritatis eſt. Verba nullo intellectu cõſiſtentia ſunt dignaq; obeli iugulatione: Itaq; illis confoſſis expunctiſq; iſta ſubſtitue in capreis feritatis. ut ſit ſenſus purus & lucidus. Lepolemũ iuiſſe uenatũ indagatuq; quidẽ feras. ſed mitiores quales ſunt capreæ. in quibus feritatis minus eſt minuſq; ꝑiculi. & hoc faciebat ut uxori amorabũdæ ſollicitæq; de coniugis ſalute obſeq̃retur: conſimile conſiliũ dat uenus adonidi ſuo delicioſo apud Ouidium monens. ut Lepores. Ceruos. Capreas. tutaq; aĩalia ꝑdæ ſecurus exagitet. abſtineat Apris. Leonibus urſis: neue feras quibus arma dedit natura laceſſat. uſitata ocutio eſt. & perinde elegans ſi dicas. Quod in capreis feritatis eſt pro quæ feritas eſt in cãpis. capreas aũt fugaces eẽ exarmatæq; feritatis nemo nõ nouit. quaꝝ multa genera ꝑcẽſent rupicapreas. ibices oryges damas pygargos ſtrepſicerotes. orygis & pygargi iunctim Meminit Iuuenalis: alias pygargus aq̃læ eſt genus cauda albicãte. unde & nomẽ utriq;: eſt eni uidere

Myſteria ueneris, nõ inuulganda.

Impudica ſeruari non poteſt.

Perennis amor cõiugis caſtæ.

Incõmodaret.

Furatrina.

Moletrina.

Spes alit mortales

Genera capreaũ

Pygargus.

Strepſicerotes.

inter capreaꝝ genera.quaſdam habẽtes nates albicantes:ſtrepſicerotes ſunt capræ:habentes cornua rugaꝝ ambitu contorta.unde & illis nomen inditũ.nã στρεπτω ſignificat uerto torqueo και τα κεραται cornua:non probo correctionem illoꝝ qui apud Pliniũ nõ ſtrepſicerotes legunt.ſed terpſicerotes. ARMAtas dente.In hãc ſententiã epigrãmatarius igt dẽte timeť aper defendũt cornua ceruum. OBSEptis cãpis.Circũuallatis ſaltibus.Tale eſt illud ſaltuſq; idagine cingũt:potes legere obſeptis capreis.ueſtigatores eni in uenatu capreas reliquaſq; feras obſepiunt.& indaginibus in arctũ uallant. CAnes indagini.Canũ triplex eſt genus uillaticũ paſtorale & uenaticum: uillaticus canis uillã & q̃ iuncta ſunt cuſtodit: Paſtoralis obſeruat foris pecora paſcentia: uenaticus uenandi cauſa comparatur ſunt & catelli melitei ad delicias ſolas ptinẽtes græci μελιτταια κυνιδια uocãt.Porro uenatici canes bifariam diſpertiuntur.in eos qui feras ſectantur & capiunt & eos q odoratu ueſtigant.q indagini feraꝝ ſunt accõmodati canes id gẽus uocãt odoriſequos.M.Tulius ſagaces appellant.quaſi acute ſentientes.Sagare eni ſentire eſt:poeta noiauit odoros.illo uerſu:Maſſyliq; ruũt eqtes & odora canũ uis: ſagaci cani in uenatu.ut inquit Plinius ſolertia & ſagacitas pcipua eſt ſcrutatur ueſtigia.atq; perſequiť comitẽtem ad ferã iquiſitorẽ loro retrahens.ſenecta feſſos cæcoſq; ac debiles ſinu ferunt uentos & odorem captantes pdenteſq; cubilia.Sagaces ſiue odoriſequos canes ſignat Luciãus in quarto cũ ait.Nõ creditur ulli ſilua cani:niſi q preſſo ueſtigia roſtro colligit & pda neſcit latrare repta:cõtentus tremulo mõſtraſſe cubilia loro:de his hoc in loco intelligendũ eſt.& eſt ſenſus.canes ſagaces ex ſeminio generoſo.ab indaginem uenaticã cõparatæ imittunť ad feras ex cubilibus latibuliſq;.exagitandas:nolito autem iunctim legere.Mandato cubili recidentes.ſed illud mãdato per ſe ſeiũctim legas. Namq; denotat imiſſos eſſe canes ſagaces ex mãdato.ſ.ueſtigatoꝝ.ut.ſ.inuaderent beſtias ſtabulãtes in cubili atq; latibulo. SOLERtis diſciplinæ.Solertẽ diſciplinã uocat illã: qua canes ſagaces inſtituuntur formãturq;:quibus ſolertia.& ſagacitas ineſt ppe peculiaris. TACIta muſſitatione.Sagacis canis ppriũ eſt.ut ſine latratu tacitus uel pſſa uoce muſſans ferã demõſtret.nã cauda primum.deinde roſtro demõſtratio fit ſignificãs ferã deliteſcentẽ.Muſſare cuius freqntatiuũ eſt muſſitare pprie eſt.ut docet Donatus diſſimulandi cã tacere:dictũ uel a muto.uel ab hac littera.M.quæ nimiũ pſſæ uocis eſt.ac pene nullius:Itaq; ut Mutus nõ plane loquiť ſed murmurat.Ita muſſare hoies dicunť occulte qd:preſſa uoce loquentes qđ celatũ uelint.Seruius enarrãs illud Virgilianum ex.xi.Eneidos.Quid fortuna ferat populi ſed dicere muſſant:exponit muſſare pptie ẽ obmurmurare.& muto eẽ uicinũ in prohemio naturalis hiſtoriæ.Dũ iſta muſſitamus pluribus horis uiuimus hoc eſt ſecreti loquimur.& preſſa uoce ſoli cõmentamur inde muſſitatores dicti qđ uerbum in Iſaia ſcriptum legimus: muſſitatores diſcent legẽ:Plautus in Rudẽte tu taceto ego muſſitabo.qđ idẽ ualet.qđ tacebo.inde muſſitatio dicta.non tã p ſilẽtio pleno.q̃ p murmure pſſo.& ut expſſius dicã.p murmurillo.Sic.n.Plautus linguæ latinæ decus murmurationẽ modicã appellat:cũ ait.Nolo ego murmurillum neq; ſuſurꝝ fieri:Canibus aũt ſagacibus propriũ hoc eſt:ut iuenta pda minime latrent: ſed murmurillo muſſitãtes & cauda ac roſtro indicium faciẽtes demonſtrẽt feram uenatoribus:a quibus cũ ſignum redditũ eſt latratu mox cõcitato cũcta pmiſcẽt.& tũc uenatici canes illi pferoces iuadũt feras oſtẽſas. Illud latrãtibus ſerũdis ita emẽdo latratibus feruidis:feruido eni & uehemẽti latratu utitur canis ſagax poſt inuentam ferã. NEC pauẽs damula.Epitheton eſt ppriũ damaꝝ.ut pauidæ dicanť.& timidæ.ſic Oratius.ſic Virgilius appellant.a Martiale dicunť ibelles illo uerſo ibelles damæ.quid niſi pda ſumus.Plinius in.viii.autumat damas iure dici feras nõ poſſe.q̃uis raro manſueſcant:complura nãq; ſubt nec placida nec fera.ſed mediæ inter utrũq; naturæ.ut hirundines delphini apes & damæ. qđ Plinius ait apes feras dici nõ poſſe.diſſentit a iuriſcõſultis qui titulo de acqrẽdo reꝝ dominio.& libro ſecũdo inſtitutionũ pdiderũt apiũ naturã ferã eſſe.Ideoq; fieri occupãtiũ:itaq; ſi in arbore noſtra conſederint anteq̃ in alueo a nobis concludãtur.non magis noſtræ eſſe intelliguntur:q̃ uolucres q̃ in arbore noſtra nidum fecerint:adeo ut ſi alius eas incluſerit dominus eaꝝ erit:Cæteꝝ Plinius non tam iureconſultoꝝ obſeruationẽ ſpectans q̃ mores apiũ.& ciuilitatẽ:quæ hoium cã genitæ ſunt.q̃ꝝ mel.& cera uſibus humanis feruiũt Scite & elegãter dixit apes neq; placidas hri.neq; feras.ſed intermedias atq; in meditullio placiditatis & feritatis collocatas. APER immanis. Magna uirtus eſt res dqe uibus loquimur clare atq; ut cerni uideãtur enũciare.hoc cũ pluribus locis tũ in hac deſcri-

armatas dente: uel cornu. Iamq; apud frondoſum tumulum ramoſumq; denſis tecminibus umbroſo proſpectu ueſtigatorum.obſeptis capreis. canes uenationis indagini generoſæ:mandato; cubili reſidentes inuaderent beſtias: imitũtur.ſtatimq; ſollertis diſciplinæ memores:partiti totos præcingunt aditus: tacitaq; prius ſeruata muſſitatione.ſigno ſibi repentino reddito:latratibus feruidis.diſſoniſque miſcent omnia: nec ulla capra.nec pauens dammula.nec præ cæteris feris mitior ceruа:ſed aper immanis:atq; inuſitatus exurgit

Triplex genus canum.
Villaticus.
Paſtoralis.
Venaticus.
Sagaces canes.
Muſſare.
Muſſitatores.
Muſſitabo.
Muſſitatio.
Murmurillum.
Dama pauens.
Nec placida nec fera.
An apes ſint feræ.

ptione decenter facit Lucius noſter:q̃ deſcribit immo depingit aprũ tã graphice.tã ſcito.tã eleganter ut eũ oculis repreſentet.p illã exornationẽ Rhetoricã:quã græci enargiã noſtri repreſentationẽ atq; euidentiam appellãt. TORIS obeſus.Toroſa pulpa.& craſſa de toris & obeſo ante dictum eſt.dicitur aũt obeſus.quaſi ob edendũ pinguis factus & craſſus. PILIS inhorrẽtibus.Ouidius cõſimiliter deſcribens aprũ illũ Calydoniũ uaſtũ & formidandũ hypbolicos inqt: Riget horrida ceruix.& ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent ſtãtq; uelut uallum.uelut alta haſtilia ſetæ. DENTIbus ſpumeus.Ouidius Spuma fluit.Dentes æquãtur dẽtibus indis. Exerti dentes ſunt apro hippotamo. Elephanto.Raro fœmina ſus habet exertos & tamẽ ſine uſu.Itaq; cũ apri percutiant fœminæ ſues mordent.Dentes oẽs ſuibus concaui.nec unq̃ decidunt.In india ut utar uerbis:Plinii cubitales dẽtium flexus:gemini.Ex roſtro totidem a frõte.Ceu ituli cornua exeunt:pilus æreo colori ſimilis eſt in aggreſtibus apris: Cæteris niger.ex mixtura apri feri: & placidi gignuntur ſemiferi: qualiter natos antiqui hibridas uocabãt. Quod nomẽ ad homines quoq;

Repreſentatio.
Euidẽtia
Obeſus.
Exerti dentes apro.

toris callo ſecutis obeſus. pilis ĩhorrẽtibus.corio ſqualidus.ſetis ĩſurgẽtibus ſpinæ hiſpidus: dẽtibus attritu ſonaci ſpumeus:oculis flãmeus:aſpectu minaci: impetu ſæuo fermẽtis oris totus fulmineus. & primũ qdem canũ procaciores: q cominus cõtulerãt ueſtigiũ:genis hac illac iactatis:cõſectas interficit.deĩde calcata retiola qua primos ĩpetus reduxerat.tranſabiit. & nos qdẽ cũcti pauore deterriti:& alioqn ĩnoxiis uenationibus cõſueti:tunc etiã inermes.atq; ĩmuniri: tegumẽtis frõdis uel arboribus latẽter abſcõdimus. Thraſillus uero nactus fraudiũ opportunũ decipulum: ſic Lepolemum

tranſlatum eſt.ut uidelicet hibridæ.cũ probo appellent.ſup qua dictione plura in Suetonii commẽtariis. SONAci.Sonoro & ſtridulo Ouidius conchaq; ſonaci inſpirare iubet ut recto caſu dicitur Edax pugnax ſic & ſonax quod in raro uſu eſt Plinius refert apros in coitu aſperiores eſſe indurãtes attritu arboꝝ coſtas lutoq; ſe tergorantes.qđ ante Pliniũ.numeris poeticis complexus eſt Maro.ſic ſcribens ipſe ruit denteſq; ſabellicus exacuit ſus.& pede pſubigit terrã fricat arbore coſtas atq; hinc atq; illinc humeroſq; ad uulnera durat:græce καπρος dicit aper. OCVlis flãmeus.ex Ouidii archetipo ſcribentis.ſanguine & igne micant oculi. TOTVS fulmineus.nihil fulmine uehemẽtius.nulla uis ĩpetu fulmineo cõcitatior.Nullus fremor terribilior:Igitur ut emphaticoteros.& euidentius demõſtraret uulnificũ terribilẽ ĩpetuoſum aprũ.dixit illũ totũ fuiſſe fulmineũ: quo uerbo breuiter expſſit aprũ formidandũ q inſtar fulminis cũcta cõcuteret.& ſolo afflatu pureret ſimul alluſit ad dentes aprugnos quos fulmina ab impetu quaſi fulmineo appellare uident poetæ Ouidius. Nec uires fulminis apro.Itẽ fulmẽ ab ore uenit frondes afflatibus ardent.Itẽ in.x.fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. CAnũ pcaciores.uenaticos canes acriores appetentioreſq; cõfligẽdi cũ apro eleganter pcaciores appellat a pcacitate illa notiſſima.i.appetẽtia & poſtulatione: pcare.n.poſcere ẽ & pcaces meretrices dictæ.qa ſemp aliquid petũt. GEnis iactatis.ad aprũ referẽdũ qui dẽtibus extra genas exertis percutiebat diſſecabatq; canes propius accedentes:genas acyros dixit.cum genæ de hoie tantũ pprie dicant.ut memorat Plinius. TRANſabiit.Virgilius tranſabiit coſtas. INNOxiis uenatiõibus.Capreaꝝ.ſ.& lepoꝝ & id gẽus feraꝝ quæ minimæ noxiæ ſunt:& ut inqt Ouidius tutæq; aĩalia predæ:Plato probat uenationẽ feraꝝ:quæ eqs canibuſq; & corporis uiribus agit: nam libro de ligibus ſeptimo quibuſcũq; ĩquit curæ eſt fortitudo hi quadrupedes oẽs curſu uulneribus teliſq; manu ppria uenãdo uincere debẽt:uituperat aũt aucupiũ & piſcatũ.& uenatũ animalium : q̃ retibus & laqueis capiuntur:Eccleſiaſtici conditores clericum damnãt uenatorẽ: & illi improbãtur antiſtites quibus pro pſalterio eſt uenabulũ.pro libris retia:qui uenatores fouẽt:ueſtigatores amplexantur:ſcio te antiſtitũ clariſſime eſſe extra hãc noxã:cui litteræ omnifariæ ſunt pro pabulo:qui horas partitis inter ſtudia ſanctiora:& muſas humaniores qui pluris facis hoiem litteratũ q̃ uenaticũ inſtrumẽtũ:quo continent ut ſcribũt iuriſconſulti.canes & ueſtigatores.quicũq; habuerit horoſcopum in quarta leonis parte erit uenator.Idem horoſcopus in canicula faciet uenatorem græce.κυνηγος και κυνηγετης dicit uenator.Inde cynegetica dicunt uolumina de uenatione uenatoribuſq; conſcripta.Flauius uopiſcus refert olympiũ Nemeſianum ſcripſiſſe cynegetica & halienitica:ut obiter emaculẽ uopiſci dictionẽ:ſcito non halienibus ſcripti græca inſcriptione. Ouidius noſter uolumen condidit qđ halieuticon inſcribitur.in quo mira piſciũ ingenia prodidit.ſcripſit autem id uolumen in ponto ſupremis ſuis temporibus.Cuius teſtimonio utitur Plinius. in quo nomina piſciũ ponticorum percenſuit:apud ſcriptorẽ neminem alium reperta. IMMVniti.non muniti improtectiq;. DECIpulũ. A decipiendo decipulũ.& decipula inclinatur: Idem utrũq; ſignificat. ſola elegantia diſtant:nam purius terſus ſpecioſius uidetur prolatum neutro genere decipulum q̃ fœminino decipula.quãuis in uſu frequentiore ſit hoc poſtremum:eſt autem decipula ſiue decipulũ inſtrumentũ ad decipiendas aues.& feras fraudulenter cõparatũ.In Hyeremia ſcriptũ eſt. Sicut decipula

Hibridæ qui.
Sonax.
Fulmineus ap.
Fulmen dens.
Procacior.
Genæ.
Venatio ferarum probata a platõe.
In clericos uenatores.
Laus archiepiſcopi.
Cynegetica.
Emaculatus locus ĩ uopiſco.
Halieutica.
Decipulum.
decipula

captioſe cõpellat qd' ſtupore cõfuſi uel etiã caſſa for/
midine ſimiles humilitati ſeruo℞ iſto℞: uel in modũ
pauoris fœminei deiecti. tam opimam prædã mediis
manibus amittimus? Quin equos inſcendimus: quin
otius indipiſcimur: & cape uenabulũ. & ego ſũmo lan
ceã. nec tantillum morati: protinus inſiliunt equos. ex
ſummo ſtudio beſtiã inſequentes. nec tamẽ illa genui
ni uigoris oblita: retorquet impetum. & incendio feri/
tatis ardeſcens: dentium cõpulſu: quẽ primum inſiliat
cõtabũda rimatur. Sed prior Lepolemus iaculũ: quod
gerebat: inſup dorſum beſtiæ contorſit. At Thraſillus
feræ quidem pepcit. ſed equi quo uehebatur Lepole/
mus: poſtremos poplites lancea feriẽs amputat. Qua
drupes recidẽs. qua ſanguis effluxerat: toto tergo ſupi
natus: inuitus dominũ ſuum deuoluit ad terrã. nec diu
ſed eũ aper furẽs iuadit iacẽtẽ. Ac primo lacinias eius:
mox ipſum reſurgentẽ. multo dẽte laniauit: nec cœpti
nefarii bonũ piguit amicũ. uel ſuæ ſeuitiæ litatũ ſaltẽ
tãto piculo cernẽs: potuit expleri. Sed pcito: atq; plago
ſa crura contegẽti ſuumq; auxilium miſeriter rogan/
ti: p fœmur dextrum dimiſit lanceam. tanto ille quidẽ
fidentius: quanto crederet ferri uulnera ſimilia futura

plena auibus. ſic domus eorum plenæ dolo. Hieronymus. hæc eſt illorum prima decipula: Sicut a
Excipula decipiendo decipula. ſic ab excipiendo excipula dicuntur. quæ ſunt foueæ. & quædam quaſi locula/
menta: qualia ad excipiendos fraudulenter piſces in fluminibus fabricantur: Plinius in nono au/
ctor eſt: Anguillas in lacubenaco fluctibus glomeratas uolui in tantum mirabili multitudine: ut
in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum milium globi reperiantur. CA/
ptioſe. Fraudulenter doloſe ſermone ad capiendum accommodato. CASSA. Inani irrita præpo/
ſtera. Dixit poeta caſſum lumi/
ne pro mortuum. quaſi uacuum
uiduatumq; lumine etherio: itẽ
aliubi. nullum cum uictis certa/
men & æthere caſſis ideſt uita
priuatis ac uacuis: caſſes retia di/
cuntur. & caſſiculi per diminu/
Caſſus. tionem reticula caſſus labor ina/
Caſſes. nis & uanus ſignificatur. Plau/
Caſſiculi tus i Aulularia filiam habeo grã/
dem dote caſſam atque illocabi/
lem: inde aduerbium eſt icaſſam
fruſtra & in uanum ſignificans:
Caſſabũ/ caſſabundum dicunt crebro ca/
dus. dentem. Caſſus annulus dicitur
Caſſus non ſolidus. legimus inter ceri/
annulus. monias flamini diali impoſitas.
q, fas non eſt. cum annulo uti ni/
ſi peruio caſſoq; ideſt non ſolido.
quidam exponunt ſine gemma.
Quin. quaſi caſſus annulus dicatur gẽ/
ma carens & uacuus. QVIN.
Modo exhortantis eſt alias pro
ut non: alias aliter accipitur: ſu/
per qua particula caput extat Gel
Indipiſci lianum. INDIPISCIMVR. Pe
timus uſurpamus aſſequimur.
Aulus Gellius amœnitates & co/
pias ubertateſq; uerborum lati/
na omnis facundia uix quidem
ĩdipiſci potuerit: mea nequaquã.
VENAbulum. Telum eſt ue/
natorium. cuius inuentor fuit piſeus. PAVOris fœminei. Fœminæ ut inquit Ariſtoteles in nono
de animalibus. molliores ſunt mendatiores. inſidiores & pauidiores. Xenophon & poſt Xenophon/
tem Columella prodiderunt naturam cuſtodiæ & diligentiæ aſſignaſſe ſexum muliebrem & iccir/
co timidiorem reddidiſſe q̃ uirilem. TANtillum. Punctum temporis minimumq; momentum.
GENuini. Natiuĩ proprii ingeniti. DENtium compulſu. Plinius ſiccas dẽtium in apris uocat
quas ait limare ſaxo præparareq; ad nocendum: exerti ſunt dentes apro. & concaui: cumq; apri ma/
res percutiant fœminæ ſues mordent. CONtabũda. Cũſtans iſiſtens remorans. IACVLũ. Eto/
Tortores lus primus inuenit iaculum cum amento. CONtorſit. Vibrauit immiſit Tortores tormento℞ p
uibratores iaculatoreſq; uſurpat Marcellinus. FEræ. Apro. POSTREmos poplites. Succiſis po
plitibus. poſterio℞ pedũ equus reſupinatus: ad terrã quoq; lepolemũ deuoluit. cõſimile eſt illud Vir
gilianũ de Mezentio. Tollit ſe arrectũ quadrupes. & calcibus auras uerberat effuſumq; equitẽ ſuper
Lancea. ipſe ſecutus ĩplicat eiectoq; ĩcũbit cernuus armo. LANcea. Vocabulũ eſt hiſpanicũ. a lancea lancea
Lãceari. rii dicti q lanceã ferũt. Lanceati uero q ictu lanceæ pimunť. Firmicus Maternus: quicũq; habuerint
Lãceati. horoſcopũ in. xxi. Tauri parte lanceati morienť. RECIdens. Retro cadens. & in tergũ. PRIMO
lacinias. Prius ueſtes lepolemi laceranť. ab apro mox ipſe dum reſurgere conatur ictibus dẽtium la/
Pigere. niatus diſcerpitur. BOnum. Ironicos. PIGuit. Pigere ad dãnũ. & dolorẽ: pudere ad dedecus re/
Pudere. fertur: pudet qd' turpe eſt. piget qd' dolet. ut donatus refert. & Plautus docet. ſic ſcribẽs in trinũmo
Litare ſe/ pol pudere q̃ pigere pſtat totidẽ litteris. SEVitiæ litatũ. Litamus ſeuitiæ: dũ illi ſatiſfacimus dum
uitiæ. exaturamus crudelitatem: dum tantum facimus. quantum ſeuitia ſanguinaria expoſcere in nobis
uidebatur. Tranſlatio ſumpta a uerbo ſacrificali. nam litant diis. qui deos propitiant placitantque.
PARcito. Videtur legi poſſe. percito pro cõmoto. & ſe mouenti. qd' ad lepolemũ eſt referendum:
ſi legas percitus. De Traſyllo erit intelligendum. PLAgoſa crura. Plena plaga℞. & uulnerum. Ali/

ter plagoſum hoiem dixit Oratius: ſæpe plagas inferentem a ſeuitia uidelicet. & plagis. quibus diſci/pulos male mulctabat. ſic. n. inquit in ſecūdo epiſtolarum. Memini plagoſum mihi paruo orbilium dictare. Suetonius i libello de grammaticis ſcribens de orbilio grammatico: meminit huiuſce. carminis Oratiani. his uerbis. fuit naturæ acerbæ. non modo in antiſophiſtas. quos omni ſermone lacera/uit. ſed etiam in diſcipulos. ut & Oratius ſignificat plagoſum eum appellans. PROſecta dentium. Corrigo profectu: ut ſit caſus dandi. pro profectui. ideſt laniatui & profectioni. hæc enim nomina q̄r/ Plagoſus orbilius.

profectu dentiū. necnon tamen ipſam quoq; beſtiam facili manu tranſadiit. Ad hunc modum definito iu/uene: exciti latibulo ſuo. quiſq; familia mœſta concurrimus. At ille q̄q̄ pfecto uoto: proſtrato inimico: lætus ageret: uultu tamē gaudiū tegit. & frontē adſeuerat: & dolorem ſimulat. & cadauer qd' ipſe fecerat: auide circumplexus: omnia quidem lugentium officia ſoleriter affinxit. ſed ſolæ lachrymæ procedere noluerunt. ſic ad noſtri ſimilitudinem: qui uere lamentabamur: conformatus manus ſuæ culpam: beſtiæ dabat. ne dū ſatis ſcelere tranſacto: fama dilabitur. & curſus primos ad domum Lepolemi detorquet. & aures iſœlicis nuptæ percutit quæ quidem ſimul percepit talem nuncium: qualē nō audiet aliū: amens: & uecordia pcita: curſuq; bacchata furibundo per plateas populoſas: & arua ruteſtria fertur inſana uoce: caſum mariti queritās.

ti ordinis. Caſum datiuum litte/ra. y. Finiūt ut Lucilius dixit. Anu & uictu pro anui & uictui: Virgi/lius teq; aſpectu ne ſubtrahe nr̄o pro aſpectui & in georgicis. Quod neq; concubitu indulgent: Cæſar quoq; in anticatiōe: poſuit domi/natu pro dominatui. Senſus eſt ſi dentius percuſſit lepolemum lancea cuius uulnera credebat futura ſimilima profectionibus. & lania/tiōibus dētis aprugni. TRANſadiit. Tranſfodit trāſuerberauit. Victu p uictui. Dominatu.

DEfinito. Elegātius ē defuncto

EXciti latibulo. Paulo ſupra ſcri pſit. in muniti tegumentis frōdis. uel arboribus latenter abſcondi/mus. latibulat & latibulatur uſurpant Priſci. pro latet. Vnde & lati/bulum dictum. Neuius. ne qs latibuletur pſpico. PERfecto uoto. Cū deſideriū ſuum expleſſet: & uoto necandi lepolemi feciſſet ſatis. VVLtu gaudiū tegit. E contrario: Virgilius. ſpem uultu ſimulat. pmit altū corde dolorē itē cōſiliū uultu tegit. & ſpē fronte ſere/nat; frons. oculi uultus. ut inqt uerīſſime. M. Tullius ſæpe mētiuntur. Oratio uero ſæpiſſime: interio/ris animi perſona eſt. & in uolucrum. ideoq; uultui & fronti fides nulla. ſæpe ſub triſti uultu intrinſecus oīa letaẽ. ſæpe ſub fronte hylari animus merore conficiẽ. FRONtē aſſeuerat. Seueritudine corrugat triſticia contrahit. & ut ueteres dicebant caperat. SOlerter affinxit. Scitum eſt illud archidami. προβατον αει την αυτην φθεγγεται φωνην: ανθρωπος δε πολλας και ποικιλας εως αν το δοξαν επιτελεση ideſt ouis ſemper eandem uocem facit homo autem plures. & uarias donec optata perfecerit: homo eſt uere protheus. qui formas in omnes ſe ſe uertit qui ſe efficiat quod cupit omnia tranſformat ſe ſe in miracula rerum. homo chameleon eſt qui colores multifaria qualitate commu/tat. ut modo ueneti: modo praſini: modo cyanei coloris aſpiciatur. ſic & homo prout conducit ua/rius fit: fingere merorem triſtitiamq; gaudenti magis facile eſt q̄ ſimulare gaudium leticiamq; mærenti. LAchrymæ noluerunt. Quorum oculi ad lachrymandum præduri ac difficiles ſunt hos op/pido q̄ decenter pumiceos uocant & ita infit pſeudolus plautinus pumiceos oculos habeo non queo lachrymam exorare. ut expuant unam modo Demiratur Plinius quis humor ille ſit lachrymarum in dolore tam fœcundus & paratus aur ubi reliquo tempore. CONFORmatus. Compoſitus & inficto mærore formam talem habitumq; induens: quales nos eramus qui ueris lachrymis & uero dolore lamentabamur. BEſtie dabat. Quod ipſe parricidium manu ſua fecerat id apro aſſignabat & a beſtia factum ſimulabili triſtitia ementiedatur. FAMA dilabitur. Fama qua nil uelocius: repē te dilapſa eſt. & pernici uolatura peruenit ad domum interfecti lepolemi. NVptæ. Charites. VAres percutit. Sic Virgilius grauior ne nuncius aures uulneret. TALEM nuncium. Tam atrocem. tam dirum. tam lachrymabilem de obitu. ſcilicet mariti lepolemi. VECORDIA percita. Commota exſtimulataq; præ dolore quadam quaſi ueſania & furore. BACCHAta. Bacchari eſt furere: inde bacchata dicitur furens. & commota. Virgilius in decimo medias italum bacchata per urbes qui/netiam loca quoq; in quibus ſit debacchatum bacchata dixerūt. Vt uirginibus bacchata lacenis Tay/geta. Santra ab omni parte bacchatur nemus dixit pro commouetur. & furore uehementiori agita/tur. RVREſtria. Antiquitas deum ruſticum & rureſtrem coluit nomine Ruſorem ex eo dictum. q; rurſus cuncta eodem reuoluuntur. huic Ruſori pontifices rem diuinā faciebant. QVEAritans. Sæpe conquærens lamētabili uoce & quæribūda a quærēdo. i. lamētādo inclinatū frequētatiuum ſit quæritans. Quidam legunt quiritans. quaſi uociferatione clamans. Quiritare enim clamare eſt tra/ctum ab his qui quirites inuocant conclamantq;: quod ueteres quiritari dicebant. Lucilius clare gri/

Latibulat. Latibulatur. Scitum archidami. Homo proteus ē Homo chameleon. Oculi pumicei. Bacchari Bacchata loca. Ruſor deus. Quiritare.

tans.Nigidius clamat quiritatum.apud Plinium in epiſtolis anceps ſcriptura eſt.partim enim legunt
Quirita infantium quiritans partim infantium quiritatus.utraq; lectio ſatis proba eſt. Quæritatus dicitur
tus. quærela & uociferatio. Quiritatus uero inclamatio.& quaſi quiritum imploratio. CONfluunt.
Per dialiton.ideſt diſſolutum.ſiue aſintheton hæc membra decurrunt. STVdio uiſionis.Virgilius
Viſio. undiq; uiſendi ſtudio troiana iuuentus circunfuſa ruit uiſionis dixit pro iſpectionis. & ut dicitur ſtu
Viſoriū dio uiſendi alias uiſio appellatur quod græci ὁράματα uocant.eſt autē uiſio ut Machrobii uerbis utar

Confluūt ciuiū mœſtæ cateruæ.ſequūtur obuii dolo/
re ſociato.ciuitas cūcta uacuat̃.ſtudio uiſionis:& ecce
mariti cadauer accurrit.labētiq; ſpiritu totā ſe ſup cor
pus effudit.ac pleniſſime ibidē q̄ deuorauerat ei : red/
didiſſet animā:ſed egre manibus erepta ſuorū: reman
ſit in uita:funus uero:toto feralē pompā proſequente
populo:deducit̃ ad ſepulturā. Sed Thraſillus nimiū
clamare.plāgere . & quas in primo merore lachrymas
non habeat:iā ſcilicet creſcēte gaudio:red dere. & mul
tis charitatis nominibus ueritatē ipſam fallere . illum
amicū:coætaneum : cōtubernalē:fratrē deniq; addito

theatrū c um id quis uidet i ſomnis quod
eodē modo.quo apparuerat eue/
niet.Caſſiodorus theatrum ianne
uiſorium interprætatur. LAbē
te ſpiritu.Anima deficiente quaſi
moritura.& ex dolore uiribus de
fecta:effunditur ſuper coniugis ca
dauer. QVAM deuouerat. Cō
ſecrauerat dedicauerat dediderat
Soldurii more equorum.quos galli ſoldo/
Deuoti. rios noſtri deuotos appellant quo
rum hæc eſt cōditio.ut omnibus
in uita commodis una cū his fru/
antur.quorum ſe amiciciæ dedi/
derint:ſiquid his per uim accidat.
ut eundem caſum una ferant ac ſi
bi mortem cōſciſcant.neq; adhuc
eorū memoria repertus eſt qſq̄.qui eo interfecto:cuius ſe amiciciæ deuouiſſet mori recuſaret: auctor
Cæſar in commentariis.alias deuouere eſt deteſtari maledicere execrari:ſic Ouidius hunc ego deuo/
Deuoue ueo quem mens intelligit ibim & deuotus pro execrato deteſtabili abominato accipit̃.ut docet por/
næ ut auctor eſt plinius in. x. quotidie pariunt: aliquæ bis die: aliquæ in tantū ut effetæ moriantſ. Ha-
drianis laus maxima ex Ariſtotele hoc totum plinianum. ut pleraq; alia tranſpoſitū eſt. q in ſexto de
Hadriāæ animalibus uolumine ſic refert Hadrianæ gallinæ paruo qdē ſunt corpore ſed quotidie pariūt: fero-
gallinæ ciūt tamē: & pullos ſæpe iterrimūt nō nulle e cohortalibus bis die pariūt. iā aliquæ in tātū copiæ pro
generoſe uenerūt ut effetæ breui mererentur Albertus magnus ariſtotelis ſimia non tam uerba ariſtotelica pē
Error al ſitans q̄ ſenſa perpēdens hallucinatur. qui in ſexto de animalibus libro & ipſe ſcribens de ouis galli-
berti ma narū. ſic inqt q̄dam ſunt galline quotidiæ pariētes. quæ adriani regis uocanſ credidit albertus adria-
gni. nas gallinas dici ab adriāo regeq poſt ariſtotelē magno interuallo immo poſt pliniū Romæ impera
uit cū adrianæ gallinæ ab adria italiæ ciuitate nomen acceperint peccat ſubinde talibus in rebus ille
alioqui magnus philoſophus. qui dum cæleſtia contemplatur: quæ ſunt ante pedes: non ſpectat: cuſ
contingit quod thaleti mileſio qui fertur cum domo exiret ſpectandorum ſiderū cauſa in ſubiectā
foueam decidiſſe. hinc illud falſe dictum emanauit: Quod eſt ante pedes non ſpectat cœli ſcrutatur
plagas: ſed ut ad rem redeamus fecunda nimirum & bona ancilla illa gallina eſt dicenda: quæ quo-
tidie parit quæ quotidianis ouis dominum ſaginat. iuuencæ gallinæ plura q̄ ueteres pariunt: ſed mi-
nora. quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt: hoc eſt geminos uitellos habentia: & geminos
interdum excludunt. ut Cor. Celſus auctor eſt: alterum maiorem alioqui negant omnino geminos
Thales excludi. GVſtulum. Pro guſtulo & ientaculo matutio multis ſunt oua ſorbilia: quo guſtulo nihil
lapſus in me iudice eſt iucundius & nullus eſt alius cibus qui alat neq; honoret. ſimulq; uini uſum & cibi præ
foueam. beat. luteum oui ſic enim a plinio dicitur uitellus deuoratum liquidum ita ut dentibus nō attingaſ
Oua ge prodeſt tuſſiētibus thoracis diſtillationibus faucīū ſcabriciæ. Ouū durū. ut ſcribit Cor. Celſus ualen-
mina. tiſſimæ materiæ eſt molle uel ſorbilie imbeciliſſimæ. idē oua ſorbila inter euchyla numerat: hoc eſt
boni ſucci cibaria. PVer. O miniſter. CAlathum collocato. Colloca inquito puer uaſculum uimi
neū ad ouū fetificātis gallinæ excipiēdū. in galinariis diſponi ſolēt alucoli lignei & ciſtulæ uimineæ.
Luteum q̄bus pro cubilibus gallinæ utūtur in hiſq; fetificāt. ideoq; ut ꝓcipit columella mundiſſimis paleis &
oui. ſtramentis debēt eſſe gallinaꝝ conſtrata cubilia. CONſuetæ lecticulæ. Ideſt cū noluiſſet ſolitū cubi
le & quaſi lecticulā petere in qua conſueuerat molliter cubans oua parere. PRAEmaturę prodidit
partū. Signat gallinā peperiſſe. neq; ex oui icubatu. ſed repēte pullū ꝓſiliiſſe. qđ ſane mōſtrificū fuit &
Oua eu dirū. nam cū gallina ſit ex genere ouiparo debet prius parere ouū. mox ex rupto putamine oui pullū
chyla. excludere. qui partus eſt naturalis. nunc fetura præpoſtera peperit pullum abſolutum. Ouorū men

tio ſubmonet me.ut nobiliũ ſcriptorũ diſcordes ſententias ſuper ouis hoc potiſſimũ in loco perpendamus. Columella ex ouis acutiſſimis longiſſimiſq; gigni mares ex rotundiſſimis fœminas tradit. Columellæ adſtipulatᷓ Plinius noſter in.x.fœminã inquit edunt quæ rotunda gignit̃. reliqua marẽ. hoc idem ſentire uidet̃.& Oratius Flaccus.qui in ſermonibus probãs oua oblõga ait nãq; marẽ cohibent calloſa uitellũ:quæ ſaporis quoq; gratioris eẽ putat:& hæc noſtri inter ſe cõcinnẽtes ꝓdiderũt. Attende quæſo reliqua. Albertus ille magnus mirandusq; in phyſicis rebus ſic ſcribit in.vi. de aĩali bus. Dicit Ariſtoteles ꝙ oua lõga & acuta ꝓducunt mares:rotunda fœmias:& hoc eſt falſum oĩno: & uitiũ fuit ex ſcriptura peruerſa & non ex dictis philoſophi propter quod dicit Auicena: ꝙ ex rotũdis & breuibus ouis producũtur: mares.& galli.ex longis autem & acutis ouis producuntur gallinæ: & hoc concordat cum experientia: quam nos in ouis experti ſumus. & cum ratione.hactenus Albertus magnus.ex cuius uerbis colligimus codices Ariſtotelis tempore ipſius Alberti & congruiſſe cum ſententia Plinii & Columellæ ſuper ouis progenerãtibus fœminas & mares.& ita ego opinor Ariſtotelem ſcripſiſſe & Plinium qui Ariſtotelis quaſi interpres eſt luculentus in natura maximæ animalium.id ex ipſo mutuatum eſſe.nec credo Alberto uitiatos eſſe codices Ariſtotelicos.etiam ſi experientia euidenter oſtenderet ex rotundis ouis mares ex acutis fœminas gigni:igitur ut parerga iſta concludamus.ſenſit ariſtoteles & ſcripſit ex rotundis progenerari fœminas ex acuminatis mares.idem columella.Plinius.Oratius ſenſere ſcripſereq; ariſtotelem ſecuti. Nũc uero in libro ariſtotelis ſexto legitur prout correxit albertus magnus.ne magiſter diſcipula diſſidere uideatur.ſed uetus ariſtotelica lectio eſt illa quam uitiatam dixit albertus:quam ſecutus eſt plinius ne noſtros inſcitiæ arceſſamus aut incuriæ:an uero experientia reclamet gallinarius ſuper hoc eſt conſuluendus.modo nobis conſtet ariſtotelem fuiſſe in ea hereſi:ut ex acutis ouis mares gigni crederet.ne plinius ariſtotelicus ab ariſtotele deuius uideatur; ne collumella omnis uillicationis conſultiſſimus in re uilatica lapſus iudicetur.Ratio uero quam affert albertus ex auctoritate auicennæ: ꝙ ex ouis rotundis mares producantur.haud quaquam a nobis refellenda eſt. Dii enim mentem meliorem mihi:q̃ ut aduerſus tantum in philoſophia uirum hiſcere audeam:ſed philoſophicas phiſicaſq; haſce rationes phiſici philoſophi diſcutiant.Trutinentur examinent.Nobis ſatis eſt ſi quæ hiſtorica ſunt uendicamus.

Ex ouis rotundis fœminæ

Sententia alberti magni penſitata Super ouis rotũdis & acutis.

maius oſtẽtũ & qđ merito phorreſcerent:exoritur.ſub ipſa eni mẽſa:q reliquias prãdii gerebat:terra dehiſcẽs imitus:largiſſimus emicuit fons ſanguis.hic reſultantes ubertimæ gutte mẽſã cruore ꝑſpergunt:ipſoq; illo momento: quo ſtupore defixi mirantur ac trepidant diuina preſagia.cõcurrit unus e cella uinaria:nuncians omne uinum quod olim diffuſum fuerat: in omnibus

MAius oſtentum.Oſtentum labeo diffinit eſſe contra naturam Cuiuſq; rei genitum factumq;:Duo autem ſunt ut inquit Vlpianus genera oſtentorum. unum quotiens qđ contra naturam naſcitur:utputa Tribus mãibus forte aut pedibus.aut qua alia parte corporis: quæ naturæ contraria eſt:alterum cum quid prodigioſum uidetur.oſtenta autem dicuntur:ut Cicero & diuus Auguſtinus docent ab oſtendendo:quia oſtendunt aliquid futurum:ſicut monſtra quia mõſtrant & prodigia:quia prædicunt.alias oſtentum.ut ſæpe diximus participium eſt. quod ſignificat oſtentatum.M.Cato ager oleto cõſerundo qui in uentum fauonium ſpectabit & ſoli oſtentus erit alius bonus nullus erit. REliquias prandii.Scribit plutarchus in problematis quod mẽſam uacuam tolli non ſinebant:ſed cum adhuc aliquæ reliquiæ ſupereſſent.ita interpretantes aliquid ſemper in futurum de eo quod nunc adeſt relinqui oportere:& per hodiernum diem craſtini meminiſſe.an quod urbanum & elegans putarent comprimere appetitum.& præſentis præparatiſq; cibariis abſtinere:an potius quod nihil ſacrum inane ac uacuum relinqui oportet menſa autem ſacra eſt. IMItus.Aduerbium eſt.ab imo deriuatum quod ſignificat in imo ĩtra profunda & interiora terræ uiſcera:ſicut pœnitus pene intus dicitur. FONS ſanguinis.Auguſti cæſaris principatu Romæ tranſtyberim e taberna meritoria oleum terra erupit.fluxitq; toto die ſine intermiſſione ſignificans xp̃i gratiam ex gentibus.oſtentum autem uidetur maximum fuiſſe fons ſanguinis terra dehiſcente prorũpens:ſicut inter prodigia apud antiquos habebatur quotiens nunciabatur ſanguine pluiſſe.& carne phiſici nullum protentum eſſe autumant:ſi ſanguineus hymber:aut fons ſanguinis exiliiſſet:aut fluuius atratus profluxiſſet:aſſerentes nihil fieri poſſe ſine cauſa:nec enim inquiunt ſanguis ille uerus ẽ: qui niſi ex corpore eſſe non poteſt.ſed decoloratio quædã ex aliqua contagione terrena maxime poteſt ſanguini ſimilis eẽ:& ita cũcta referũt ad cauſas naturales quas qui ad liquidũ noſcere potuit fœlix eſt:ut canit poeta.uerũ ut inquit Plinius noſter multa ſunt ĩ naturæ maieſtate abdita adhuc nobis incomperta. PRAEſagia.Quæ græci prognoſtica dicũt noſtri præſagia appellant.ꝑſagare eſt futura ante ꝑſcire:inde ꝑſagatio & ꝑſagia auctor.M.Tullius in primo de diuinatiõe. DIFFVſum.Vina ꝓprie diffundi dicũt qdo defecata idoliis cõdũt.Pli.i.xiiii.Vina inqt diffundi ſolita apparet.Vina defecari atq; diffundi higinus ſuadet.poſt cõfectam brumam.ſic iuriſcõſulti.ſic ſcriptores oẽs uina diffuſa nominant.Oratius uina bibes iterũ Tauro diffuſa.Iuuenalis ipſe capillato diffuſum cõſule potat.

Oſtentũ.

Oſtẽtus ſoli.

Menſa uacua non relinquitur.

Imitus.

Oleũ fluxit e taberna.

Sanguineus.

Fluuius.

Prognoſtica.

Preſagia.

Diffundi uia poſt brumã.

Vaſa uiaria.

Doliis. Vaſa uinaria ſunt: quod nullus ignorat: illud annotandū quod memorat iulianus iuriſconſultus q ſcribit uaſa uinaria ꝓprie eſſe uaſa torcularia aūr & ſerias tādiu in ea cauſa eſſe q̄ diu uinū habeant cū ſine uino eſſe deſierint in eo numero nō eſſe: quoniā ad alium uſum transferri poſſunt: uelutiſi frumentū in his recondatur. REbullire. Prodigii loco & hoc fuit: quod uina: quæ iam pridē feruere deſierant in doliis condita tūc repēte rebullirent: nō aliter q̄ ſi ignis copioſus ſubditus fuiſſet: muſti feruor primus & naturalis nouē ferme diebus ut plurimū peragiť: mox deferueſcit: auctor plinius.

doliis feruēti calore & prorſus ut igni copioſo ſubdito rebullire. Viſa ē iterea muſtella mortuū ſerpentē foriſecus mordicus attrahēs: & de ore paſtoricii cāis: uirēs exiluit rāula: ipſumq; canē: q proxius cōſiſtebat aries appetitū unico morſu ſtrāgulauit. Hæc tot & talia īgēti pauoř domini illius: & familiæ totius: ad extremū ſtuporem deiecerant animos: quid prius quidue poſterius: quid magis: quid minus: numinum cœleſtium leniēdis minis: quot: & q̄libus procuraretur hoſtiis. Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis: accurrit quidem ſeruulus: magnas: & poſtremas domino illi fundorum clades anuncians. Namq; is adultis tribus liberis: doctrina inſtructis: & uerecundia præditis: uiuebat glorioſus. His adoleſcentibus erat cum quodam paupere: modicæ caſulæ domino: uetus familiaritas. At enim caſulæ paruule cōtermīos magnos; & beatos agros poſſidebat uicinus potens: & diues: & iuuenis: & proſapie maioꝝ gloria: male utēs:

Muſtella necat baſiliſcum.

nius. MVſtella. Aliud p̄ſagium quod ſcilicet muſtella ſerpentem peremiſſet: & peremptum mordicus traheret: cum contra potius debuiſſet a ſerpente muſtella enecari trahiq;. Plinius Solinus: cæteri prodiderūt muſtellarum uirus eſſe exitio baſiliſcis. qui & ipſi muſtellas necant ſimul odore: Commoriunturq;: & naturæ pugnam conficiūt. Muſtellarum duo ſunt genera alterum ſilueſtre. alterum domeſticum. græci uocant ictidas. hæc autem quæ in noſtris domibus oberrat. & catulos ſuos. ut inquit Cicero quotidie transfert mutatq; ſedem: ſerpentes proſequitur: uulgo receptum eſt. muſtellā dira portendere. ſi uiatori iter interruperit. apud plautum ī ſticho paraſitus pro auſpicio optimo accipit ꝙ muſtella murem abſtulit mox cum paraſitatio parum proſpere procederet damnans augurīū muſtellæ inqt. Certū ē muſtellæ poſt hac nūquā credere: nā incertiorē nullā noui beſtiā. qn & ipſa decies in die mutat locū. FOrinſecus. Foras aduerbiū eſt eadē formula dictū: qua extrinſecus. Apud terentiū pro monſtro eſt anguis per impluuium decidens de tegulis. VIrens ranula. Eſt parua rana in arundinetis. & herbis maxime uiuens muta ac ſine uoce uiridis: quæ ſi forte hauriatur uentres bonum diſtendit auctor plinius in. xxxii. annotandum eſt obiter quod tradit democritus ſiquis extrahat ranæ uiuenti linguam & eā imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti: quæcunq; interrogauerit. uera reſponſuram. Addunt magi arundine tranſfixa ranæ natura per os. ſi ſurculus in menſtruis defigatur a marito adulterum tediū fieri: quæ ſi uera ſunt multo utiliores uitæ exiſtimantur ranæ q̄ leges. Signum eſt tempeſtatis & pluuiæ coaxatio ranarum cum ultra ſolitum uocales ſunt hinc ſcitum illud. M. Tulli ex epiſtolis ad atticū pluuias metuo ranæ ρητορεύουσιν idest rhethoricantur. hoc eſt canoræ ſunt & inſtar oratoris uocales: quæ quidem res pluuias præſagat. STRANgulauit. Omnia hæc nimirum prodigioſa mōſtrificaq; ſūt quod muſtella ſerpentem mordicus traxerit: quod rana uiridis ex ore canis paſtoralis exilierit: quod canem uaſtum formidandumq; aries uno morſu ſtrangulauerit. DEiecerant aīos. Afflixerant. & ſtupore attonitos aīos effecerant: ut ignari eēnt incertiq; quid potiſſimū eēt expiandū: græce ἔκστασις diciť mentis exceſſus: quē noſtri pudorē interpretanť: in pſalmis ubi ait propheta. ἐν τῇ ἐκστάσει Trāſtulit Hierōymus ī exceſſu mētis meæ aliter ī ſtupore: & admiratōe mea. QVAlibus hoſtiis. Vtrū. ſ. maioribus an minoribus. nā q̄dā ꝓdigia ꝓcurare priſci ſolebant maioribus hoſtiis q̄dā minoribus partim ēt lactētibus: Liuius decretū eſt: ut ea ꝓdigia partim minoribus hoſtiis parti lactētibus ꝓcurareť. hoc idē ſæpe apud eundē p̄terea in eligēdis bidētibus cauebať ne haberent caudā aculeatā. nec liguā nigrā nec aurē fiſſam. ꝓbabāť & iniuges hoſtiæ. hoc eſt quæ nūq̄ domitæ ac iugo ſubditæ fuiſſent. hinc eximiæ & egregiæ uictimæ uocabulū in ſacrificiis nō tā poeticū epitheton: q̄ ſacerdotale nomē eſt. adde & illud. quod hoſtias quaſdā aīales uocabāt: quaꝝ ſola aīa deo ſacrabať. TORpidis. Attonitis ſtupētibus. & quodam animi ſimul & corporis torpore defixis. POſtremas clades. Peſſimas. ſ. & exitiales. Caius grachus poſtremiſſimū dixit intelligi uolēs peſſimū & poſtremæ conditionis: ac loci. ADVLtis tribus liberis. uideť alludere ad ius triū natoꝝ. quo immūitate donabāť. tāq̄ numerus triū liberoꝝ foret pleniſſimus: Plato in legibus numeꝝ liberoꝝ ex duobus abſolutū eſſe perfectūq; autumat: maſculo. ſ. & fœmina. VErecūdia præditis: Laus ꝓbiſſimoꝝ filioꝝ. ut eruditi eſſent & uerecundi: eſt. n. uerecūdia optimū ī adoleſcēte ſignū & uirtutis color. ut dicere ſolebat cyni

Ictides.

Auſpiciū muſtelle

Forinſecus.

Miꝝ de rana.

Ranæ rhetoricantur.

Ecſtaſis

Electio bidētiū

Iniuges hoſtiæ.

Animalis hoſtia

Poſtremiſſimus.

Color uirtutis

cus Diogenes:& memorat ſeneca. Cõtra ſenẽ ex eo nemo laudat q̧ ſit uerecundus:quoniá ut inquit Ariſtoteles in quarto ethicoꝝ nõ ſenili ætati cõuenit uerecundia:ſed iuuenili.proinde laudamus ex iuuenibus uerecũdos.cũ ſenioré nemo ex eo probet.qd' ſit uerecũdus. Plautinus pater inquit. decet uerecũdũ eẽ adoleſcẽtẽ argyrippe:ĩpudentia & ĩuerecũdia nullũ habẽt cũ uirtute cõmertiũ q̄uis iter dũ inuerecũdia lucroſa ſit qbuſdá.qui oris p̄duri ſunt:& frontẽ pfricuerũt. puerbiũ eſt apud græcos θεὸς ἡ ἀναίδεια. Dea eſt ĩpudẽtia. De his q ob ĩuerecũdia quádá & ĩpudẽtiá utilitati cõſulũt. auctor eſt Theophraſtus. ὕβρεως καὶ ἀναιδείας παρὰ τοῖς ἀθηναίοις εἶναι βωμούς. i. contumeliæ & ĩpudentiæ athenis eẽ aras: & fana. qd' ut uitioſum ĩprobat M. Tullius cũ uirtutes non uitia deceat conſecrare. Dea ĩpudentia. Ara cõtumeliæ.

pollenſq; factionibus.& cũcta facile faciẽs in ciuitate hoſtili modo uicini tenuis incurſabat pauperiem: pecua trucidando.boues abigendo:fruges adhuc ĩmaturas obterendo:Iamq; tota frugalitate ſpoliatum. ipſis etiã glebulis exterminare geſtiebat:finiũq; inani cõmota queſtione terram totam ſibi uenditabat. Tunc agreſtis:uerecundus alioquin:auaritia diuitis iã ſpoliatus

POLlens factionibus:& ad deuitias quas antiqui factiones dixere. & ad clientum ſequelam referri poteſt. Tales autem ſunt formidandi : cum non parere legibus ſed imperare didicerint. VICIni tenuis. laudant annales Pompeium uel ex hoc magni cognomento digniſſimum. quod nunq̄ agrũ conterminũ:nunq̄ uicini fundũ mercatus ſit. Contra inſectatur Oratius Flaccus:eos diuites. qui uicinos pauperes reuulſo termino fundis exturbant:& laribus expellunt:qui diuitias mutilas eſſe exiſtimát & mácas niſi uicini agellus acceſſerit:ſic enĩ ſcribit in ſecũdo carminũ. Quid quod uſq; proximos reuellis agri terminos:& ultra limites cliẽtũ ſalis auarus:pellitur paternos in ſinu ferens deos:& uxor & uir ſordidoſq; natos: Idem in ſermonibus taxat uotũ illud cupidoꝝ. O ſi angulus iſte proximus accedat:q nũc denormat agellũ. Quintilianus in ea declamatione:quæ ĩſcribiẽ apes pauperis:inducit pauperem de uicino diuite:& pollente opibus ſic quærentẽ. Quot ciues paſcebat nũc diuitis unus hortus:poſtq̄ proximos quoſq; reuellẽdo terminos agros locupletis latius inundauit. æquatæ ſolo uillæ. & exciſa patria ſacra:& cũ cõiugibus paruiſq; liberis reſpectantes patriũ larem:migrauerũt ueteres coloni. Et late ſolitudinis indiſcreta unitas facta eſt. hæc Quintilianus: Et profecto mala res eſt. uicinus malus. ut inquit heſiodus. πῆμα κακὸς γείτων. Columella de uicini ĩprobitate cõqueritur. multi ꝑpter iniuriá uicinoꝝ ſedes ſuas profugerũt:ſic pelaſgi. ſic ſiculi. ſic aborigenes. patriũ ſolũ reliquere. quia malos uicinos ferre nõ poterát. Iure igitur. M. Portius Cato talẽ peſtẽ uitádá cenſuit p̄monẽs paraturos agrum. ante oĩa intueri debere uicinũ:& quo pacto cõtermini uiuant. hinc ſcitũ illud Themiſtoclis qui cũ fundũ uẽderet. p̄conẽ iuſſit ꝑclamare. γείτονα χρηστὸν ἔχει. i. uicinũ bonum habet : tanq̄ ex uicini bonitate ager uendibilior cenſeretur. PAVperiẽ. ſignificáter locutus. ná ut ſupra diximus. pauperies eſt ĩmũda. pauptas eſt honeſta. pauperies merito uitanda. pauptas appetẽda Oratius magnũ pauperies. obprobriũ iubet quiduis & facere pati. PECVA. Pecora declinatio priſca:ut ante iã diximus. BOVes abigendo. In hanc ſententiá ſic refert ſatyricus poeta. Nocte boues macri laſſoq; famellica collo Armenta ad uirides huius mittuntur ariſtas. Nec prius inde domum:q̄ tota noualia ſæuos in uentres abeant. ut credas falcibus actũ. dicere uix poſſis q̄ multi talia plorent. & quot uenales iniuria fecerit agros. FRVGAlitate ſpoliatũ. Attende noue quidẽ poſitũ. ſed elegáter frugalitate pro frugibus. & frugũ meſſe. ſic oleitas pro olei uindemia ponitur:alias frugalitatẽ dicimus temperantiá parcitatẽq; quæ ut Auguſtinus & Cicero teſtantur mater eſt uirtutũ omniũ. ſicut nequitia uitioꝝ. De frugalitate & qui dicanẽ frugi copioſiſſime ſcripſimus in cõmẽtario tertio Tuſculanaꝝ. Defrugare uerbũ eſt uetus. quod ſignificat ſegetes ſemẽte frugũ priuare neq; ad legitimá ſationis menſurá ſaturare. & ita lego illud catonianũ. ſegetẽ ne defruget:ná id ĩfœlix eſt:quod uulgo legitur defrudet:pro defraudet. ſed Catoni uerboꝝ priſcoꝝ retinentiſſimo. Conuenit priſcum uerbum defruget oppido q̄ decẽter. Aſtipulatur huic noſtræ emendationi. & Plinius noſter his uerbis quæ ex octauodecimo ſubſcripſi huc pertinet oraculum illud magnopere cuſtodiẽdũ Segetẽ ne defruges. FINIVM q̄ſtione. Titulus eſt apud iuriſcõſultos. Finium regundoꝝ. quod iudicium pertinet ad prædia ruſtica. Iudici finiũ regundoꝝ permittitur:ut ubi nõ poſſit dirrimere fines a iudicatione cõtrouerſiá dirimat. Vbi autẽ fines confuſi ſunt:p menſorẽ termini iubentur declarari. VENdicabat. uſurpabat:petebat ut ſuá titulus eſt apud iuriſconſultos de rei uendicatione. ubi docet Vlpianus quod actio uendicationis habet locũ in omnibus rebus mobilibus. tá animalibus q̄ in his quæ aĩa carent. & in his quæ ſolo cõtinenẽ. uĩdiciæ appellãtur res:eæ de qbus eſt cõtrouerſia: Seruius Sulpitius uindicias dicit ait ab eo q̧ uindicantur res ex controuerſia:de uĩdiciis:quas brutus & decẽ uiri leges decreuerũt ſecundũ libertatẽ: Liuius in tertio & iuriſconſulti uolumine primo digeſtoꝝ cõmeminerunt:ubi acurſius indocte perperáq; exponit uindicias dici ſententias a uindicio ſeruo quæ ſunt meræ nugæ. Tu expone uĩdicias pro rebus de quibus eſt controuerſia:quæ quádiu ſunt in controuerſia. & ſub iudice debent eſſe in conditione libertatis honeſtiore:exẽpli cauſa cõtrouerſia eſt de libero hoĩe:quem quiſpiá aſſe

Marginal notes: Malum uicinus malus. — Scitũ themiſtoclis — Frugalitas. — Defrugare. — Segetẽ ne defruges. — Vendicatio. — Vĩdiciæ.

rit in ſeruitutẽ:ex lege uindiciaꝝ debet hic eſſe in libertate tãtiſper:donec ſentẽtia iudiciũ pronũcia/
Lis uindiciarum. tũ fuerit liber ſit an ſeruus:lis uindiciaꝝ eſt:ut Aſconii uerbis utar cũ litigatur de ea re:cuius apud ꝑ
toré incertũ eſt:quis debeat eſſe poſſeſſor:& ideo qui eã tenet dat ꝑdẽ litis uindiciaꝝ aduerſario ſuo
quo illi ſatiſfaciat nihil ſe deterius in poſſeſſione futuꝝ:de qua iurgiũ eſſet. VT ſepulchro paternũ
In urbe ne ſepelito. ſolũ retineret. Lex.xii.tabulaꝝ:uetat cadauera ĩ urbibus ſepeliri:uerba legis hæc ſunt:ĩ urbe ne ſepe/
lito:neue urito. Decretũ quoq; collegio pontificũ eſt:nõ eſſe ius ĩ loco publico fieri ſepulchrũ:ĩ agris
ſepeliebãt. Diuus Adrianus poe/nã ſtatuit quadragita aureorum in eos qui ĩ ciuitate ſepulchrũ fa/ciunt: cuius rei meminit Vlpia/nus. Titulo de ſepulchro uiolato. ubi Põpõius quoq; ſic ſcribit uti/mur eo iure.ut dominis fundoꝝ. In quibus ſepulchra fecerunt etiã poſt uenditos fundos adeũdorũ ſepulchroꝝ ſit ius: quinetiã titu/lo de religioſis.ut refert Vlpianus ſi quis ſepulchrũ habeat: uiam ãt ad ſepulchrũ nõ habeat: & a uici/no ire ꝓhibeaẽ:Imperator Anto/ninus reſcripſit iter ad ſepulchrũ peti præcario:& cõcedi ſolere : ut quotiẽs nõ debetur: ĩpetretur ab eo qui fundũ adiunctũ habeat:Itẽ titulo ſi ſeruitus uendicetur : Idẽ Vlpianus auctor eſt ꝙ uiam ad ſe/pulchrũ in ꝑdiis poſſimus uen/dicare. Seruius grãmaticus in.xi. cõmẽtario refert antiquã conſue/tudinẽ fuiſſe.ut in ciuitate ſepeli/rentur. qđ poſtea inquit duillio cõſule ſenatus prohibuit & lega/uit ne quis in urbe ſepeliretur.

ut ſuo ſaltem ſepulchro paternum retineret ſolũ : amicos plurimos ad demonſtrationem finium trepidans eximie corrogarat :aderant : inter alios : tres illi fratres cladibus amici q̃tulum ferentes auxilium : nec tamẽ ille ueſanus:tantillum præſentia multorum ciuiũ territus:uel etiam confuſus:licet non rapinis : ſaltẽ uerbis: temperare uoluit. Sed illis clementer expoſtulãtibus: feruidoſq; eius mores blandiciis permulcẽtibus:repẽte ſuã ſororumq; carorum ſalutẽ:q̃ ſanctiſſime adiurans:adſeuerat : parui ſe pendere totam mediatorum preſentiam:dẽiq; uicinũ illum auriculis per ſuos ſeruulos ſublatum :de cauſa : longiſſime:ſtatimq; proiectũ iri. Quo dicto inſignis ĩdignatio totos audientiũ per tẽptauit animos. Tũc unus e tribus fratribus incõtãter & paulo liberius reſpõdit:fruſtra eũ ſuis opibus cõfiſũ tyrannicã ſupbiã cõminari.cũ alioqn pauperes etiam liberali legũ preſidio:de inſolẽtia locupletiũ conſueuerint uĩdicari. Quod oleũ flãmæ:qđ ſulfur incẽdio:qđ flagellũ furiæ:hoc & iſte ſermo truculẽtiæ hoĩs nutrimẽto fuit. Iãq; ad extremã inſaniã uecors : ſuſpẽdium ſeſe:& totis illis:& ipſis legibus mãdare proclamans:

COR rogarat. Simul rogaue/rat. Coegerat. Quantulũ modicũ
Tantillũ. aliquantulũ. TANtillũ. Mini/mũ aduerbiũ eſt. CLEmẽter expoſtulãtibus. Cum uerboꝝ moderatione:& modeſtia accuſanti/
Expoſtulatio. bus:locutus eſt ſignificãter & ꝓprie:nã expoſtulare eſt q̃ri.& expoſtulatio eſt q̃rela:apud illũ ipſum.
qui peccauerit:poſtulare uero & poſtulatio de illo apud alteꝝ. MOres ꝑmulcentibus. Iuxta illud
Poſtulatio. Solomonis ſermo mollis frangit irã.ſermo durus ſuſcitat furorẽ. MEDIAtoꝝ. Attẽde mediato/
res dici ab Apuleio pro conciliatores interceſſoreſq; notiſſimo ſignificatu:quæ dictio frequẽs eſt ec/
Mediatores. cleſiaſticis ſcriptoribus:rariſſima illis priſcis:q̃bus nullũ niſi emaculatũ nitidũ terſum uerbũ eſt.græ
co uocabulo ꝓxoneta appellatur mediator in pecunia locãda quiq; interponiẽ inter emptorẽ & uen
Proxoneta. ditorẽ:quã dictionẽ noſtri latinitate donauerunt:adeo ut notius ſit uerbũ græcũ q̃ latinũ. nã qui ſit
qq; dicaẽ proxoneta ſciũt oẽs. Qui uero ſit pararius ꝑpauci nouerunt:eſt aũt pararius latino uocabu
Pararius lo idem qđ proxoneta:Seneca in ſecũdo de beneficiis.quidã uolunt noĩa ſecũ fieri.nec interponi pa/
rarios nec ſignatores aduocari. ADſeuerat. Affirmat. INCONtãter.ſine cõtatiõe & mora. LI
BErali legũ ꝑſidio. Libro prio degeſtoꝝ ſi qs inqt Vlpianus p potẽtiã aduerſarii nõ iuenire ſe aduo/
catũ dicit:oportebit ꝓconſulẽ dare aduocatũ:opprimi enĩ aliquẽ p aduerſarii ſui potẽtiã nõ oportet
oĩbus tã infirmatibus q̃ ſumatibus.ꝑſidio legũ par libertas eſſe debet:& æquũ ius. Hinc apud Liuiũ
adoleſcẽtuli more regio & ſolutiore uiuere aſſueti.q̃tunẽ leges rẽ ſurdã inexorabilẽ eſſe ſalubriore
Liberale iudiciũ. melioreq; ĩopi q̃ potẽti nihil laxamẽti nec uẽiæ hr̃e ſi modũ exceſſeris. Liberali aũt ꝑſidio dixit utẽs
uocabulo legali:ſiqdẽ titulus eſt ap̃ iuriſcõſultos de liberali cã.in quo de libertate.& aſſertione ꝓ ne/
Oleum flammæ fomes. ceſſariis ꝑſonis litigare ꝑmittiẽ. Itẽ liberale iudiciũ appellãt:qđ daẽ ĩ cã libertatis aſſerẽdæ. QVod
oleũ flãmæ.ſicut oleũ flammæ fomẽtũ eſt.ſicut ſulphur ignis ĩcẽtiuũ:ſicut flagellũ in mãu furiæ irri
tamẽtũ eſt furoris.ita ſermo iuuenilis fuit nutrimẽto ad feritatẽ truculẽtiaq; hoĩs tyrãnici excitãdã:
oleũ aũt in tãtũ eſt alimentũ flãmæ:ut ligna amurca olei macerata ardere ſine fumo Cato: Pliniuſq;
ꝓdiderit.ſulphur quoq; rẽ eſſe igni cognatã nullus ignorat.furiæ uero apud poetas flagello armaẽ
ut accicta flagello tiſiphone.in hãc ſniam Oratius.hoc ẽ oleũ adde camino. SVSpẽdiũ legibus. Ver
bũ hoĩs truculẽti & inſolentis:qui legibus hoĩbuſq; p cõtemptũ mãdat:ut ſe ſuſpẽdãt:q.n. dicit ſu/

canes paſtoricios: uillaticos: feros atq; imanes: adſueтos abiecta per agros exiccare cadauera: preterea etiam trāſeuntiū uiatoꝝ paſſibus morſibus alūnatos laxari: atq; i eoꝝ exitiū inhortatos: imitti precepit: q ſimul ſigno ſolito paſtoꝝ incenſi: atq; inflāmati ſunt: furioſa rabie conciti: & latratibus etiā abſonis horribiles: eunt in hoīes: eoſq; uariis aggreſſi uulneribus diſtrahunt: ac lacerāt: nec fugientibus ſaltem cōpeſcunt. ſed eo magis irritatiores ſequuntur. Tunc inter cōfertā trepidæ multitudinis ſtragē e tribus iunior offenſo lapide: atq; obtūſis digitis: terre proſternitur: ſæuiſq; illis: ac ferociſſimis cāibus iſtruit nefariā dapē. protinus eni nacti predā iacentē miſerū illū adoleſcentē fruſtati diſcerpūt. atque ut eius lætalē ululatū cognouere cæteri fratres: accurrunt mœſti ſuppetias. obuolutiſq; lacinia leuis manibus lapidū crebris iactibus: ꝓpugnare fratri: atq; abigeř canes aggrediūť: nec tamē eoꝝ ferociā: uel cōterere: uel expugnare potuere. qppe cū miſerrimus adoleſcēs: ultīa uoce prolata: uindicarēt de pollutiſſimo diuite mortē fratris iunioris: illico laniatus interiſſet. Tūc reliqui fratres: non tā hercules deſpata: q̄ ultro

ſpende leges hic nimię denotat ſe leges flocci nō facere. Plautus: uade & ſuſpende te. Lex ut inquit pindarus regina oium eſt & domina. cui oēs mortales obſeq par eſt: pinde ac deo. Impoſſibile eſt; ut Plato ſapiētiſſime ſcribit: illā rē publicā bene gubernari poſſe: i q̄ lex nō iperat. Duæ ſunt ſyllabæ iterſe inimicæ atq; diſſidētes. q̄ eodē cōtubernio una eē nō poſſunt: uidelicet Ius & Vis. ubi eni dominať uis cōculcari ius neceſſe eſt. ubi aūt ius pollet uim propelli atq; exterminari cōſtat. hic ergo ipotēs & tyrānicus ius iprobās uim adamās legi ſuſpēdiū minitabatur ad uim ipotentiāq; cōuerſus: & ꝓfecto ut olim dixit ſapiens ille philoſophus. leges iterdū ſimiles ſunt telis araneaꝝ atq; caſſiculis: quibus infirmæ beſtiolæ iplicantur: ualidiores trāſmittūtur. leges capiūt & mulctant ibecillos ac miſeros quas opulenti perrūpunt: eiſq; ut ait iſte ſuſpēdiū mādāt & laqueū. CANes paſtoricios. M. Varro & Columella ꝑcipiunt paſtorales & uillaticos canes eligi oportere magnitudine ampla uaſti latratus: craſſis ceruicibus ac collo: cruribus rectis ac potius uaris q̄ uaciis. dicuntur autē crura uara M. Varroni introrſum retorta: qualia ſunt pumilionū. uaris contrarii ſunt uaciæ: quoꝝ pedes deprauati diuaricantur genibus contiguis: Varoꝝ & uacciaꝝ mentio ē frequens apud ſcriptores. & in libris de analogia apud Eūdē Varronē ſcriptū eſt: ſiquis pueroꝝ ꝑ delitias pedes male ponere atque imitari uatias cœperit: hos corrigi oportere ſi cōcidat. FEROS. In oibus aīalibus cuiuſcūq; generis ullū eſt placidū eiuſdē inueniť & ferę: utpote cū hoium etiā ſiluestriū genera extent: Ariſtotele & Plinio auctoribus. PASSIbus. purior lectio eſt ſi legas paſſim. ALVMnatos. educatos alitos nutritos. LAXAri. ſolutis uinculis imitti. Portius Cato: oportet inqt Canes iterdiu clauſos eē: ut noctu uigilātiores & acriores ſint: Columella ꝑcipit uillaticos canes ſcueros parādos eē: ut ſemp excandeſcāt in exteros. LATRAtibus abſonis. Horrēdis ac uaſtis: horribili eni fremitu: & uaſto latratu eligēdus eſt cāis paſtoricius: apud Ouidiū canis noiatus eſt hylactor uidelicet a latratu. nā υλακτεω uerbū græcū eſt qđ ſigificat latro. ꝑcipit Calumella. ne nominibus lōgiſſimis appelleñť canes: quo celerius qſq; uocatus exaudiat: ſicut latinū canis uocabulū eſt ferox: græcū ſcylax. dř āt σκύλαξ græce Catulus. OFFENſo lapidi. Cū lapidi pedē incuſſiſſet. ipegiſſetq;. obiere. ut Plinius inqt Emylius lepidus icuſſo pollice limini cubiculi: & aufidius cū egreſſus i ſenatū iret offenſo pede in comitio: ominoſum credidit antiqtas in egreſſu domus offendere pedē ad limē. hic illud poeticū omnia ſunt aliqd. nā cū diſcedere uellet. ad limē digitos cōſtitit icta nape. OBtunſis digitis. ex ictu lapidis retōſis: & cū cruciatu oblīſis. NEPHAriā dapē. qd intelligi uelit. ꝑ nephariā dapē ſtatim ſubdidit dicēs humanis carnibus paſtos eē canes pinde quaſi eſſent anthropophagi. ſic eni appellanť humanis carnibus ueſcētes. FRVſtatim. Minutatim & ꝑ fruſta dilaniant. Plautus dixit fruſtillatim υποκοριστικωσ ſic ſcribens in curgulione. Iā ego te faciā ut hic formicæ fruſtillatim differāt. LAETAlē. letum ſignificantē & qualis in morte emitti ſolet. SVPPEtias. opitulari accurrūt laturiq; ſubſidiū. OBuolutis leuis manibus: ſignat adoleſcētes inuoluiſſe ſiniſtras ueſtimēto & q̄ſi obarmaſſe ad cōflictum: qđ fieri ſolet in quotidianis rixis. ut ſcilicet pro ſcuto ſit palliū circa ſiniſtram inuolutū. Liuius inter hæc dicta paludamento circa leuum brachium intorto. nam nec ſcuta quidem ſecū extulerant: in hoſtes impetum. fecit: cæſar quoq; in commentariis belli ciuilis Pōpeiani ſic refert repentino periculo exterriti ſiniſtras ſagis inuoluunt: gladioſq; diſtringunt. PROpugnare fratri. defendere fratrem. & pugnare pro fratre Oratius propugnat nugis armatus. A. Gellius oppidum a cōſule oppugnari dixit cōtra ab oppidanis propugnari. VINdicarent. hæc eſt uox ultima adoleſcentis. qui moriens rogauit fratres ut mortem ſuam ulciſcerentur ſumpto ſupplicio de illo diuite qui

Lex regina oium

Ius. Vis.

Leges ut telæ aranearum.

Crura uara uacia.

Ferum Placidū.

Hylactor

Fruſtillatim.

Veſtis intortam circa lauā

Propugnare.

Vidicare Vindex.

cauſa mortis exciterat. Vindicare apud ueteres non tantum defendere: uerum etiam punire ſignifi/cat: unde oratius uindicem poſuit pro punitore: ut interpretatur porphirio enarrans illud: uindex; auaræ fraudis & abſtinens. NEGLEcta ſalute. qui uitæ ſuæ negligens eſt: alienæ fit dominus. q ſa lutem propriam contẽnit: is in poteſtate habet alienum ſpiritum. VELItantur. Depugnant: Con/grediuntur ex congreſſione uelitum ducto uerbo. EXANImatus. Modo extinctus alias perturba tus: eſt autem ſenſus cum adoleſcens ille ex uulnere lanceæ peremptus eſſet & extinctus non tamen corruit ad terram prout mortu/us homo concidere cõſueuit: cur autem moribundus non caderet cauſa fuit telum quod transfoſſo iuuene infixũ terræ ſuſpenderat corpus & libratũ tenebat in ſubli mi. SOLO. Terra. NIxus uio lentia. Genitiuus caſus: eſt quem patrium uocat: & quarti ordinis nomen: hic nixus huius nixus: ut conatus pro nitendi impetu.

neglecta ſua ſalute: cõtedunt ad diuitẽ. atq; ardẽtibus animis. ĩpetuq; ueſano lapidibus crebris ĩ eũ uelitanť. At ille cruentus & multis ante flagitiis ſimilibus exerci tatus pcuſſor: iniecta lãcea: duorũ alterũ per pectus me diũ tranſadegit: nec tamẽ peremptus: ac prorſus exani matus adoleſcẽs ille terræ cõcidit. Nam telum trãſue/ ctum: atq; ex maxima parte pone tergum elapſum: ſo loq; niſus uiolentia defixũ: rigore librato ſuſpenderat corpus. Sed & qdã de ſeruulis procerus & ualidus: ſic cario illi ferens auxilium lapide contorto: tertii illius iuuenis dexterum brachium: longo iactu petierat: ſed impetu caſſo: per extremos digitos tranſcurrens lapis: contra omnium opinionem deciderat innoxius: non nullã tamẽ ſagaciſſimo iuueni prouentus humanior uĩdictæ ſpeculã ſubminiſtrauit. Ficta nãq; mãus ſuæ debilitate: ſic crudeliſſimũ iuuenẽ cõpellat. Fruere exi tio totius noſtræ familiæ: & ſanguine triũ fratrũ inſa/tiabilis tuã crudelitatẽ paſce: & deproſtratis tuis ciui/bus glorioſe triũphatũ ſcias. licet priuato ſuis poſſeſ/ſionibus paupere: fines uſq; & uſq; proterminaueris:

RIGOre librato. Rigiditas te li & duricia ſignificatur. Cuius li bramento transfixũ iuuenis cor/pus ſuſpenſum cõtineret. SIC cario illi. Diuitem factiõibus pol/lentem & truculentem & homi/cidam. Tempeſtiuo uocabulo ſic/carium nuncupat. LONGO iactatu. Inter tela ſunt & lapides. qui e longinquo iaciuntur. Telo/rum autem appellatione quicqd longe iaci poteſt ſignificatur ex etymologia ἀπὸ τοῦ τηλόθεν: Paulus iuriſconſultus telorum i/quit appellatione omnia ex qbus ſinguli homines nocere poſſunt accipiunť. M. Tullius in oratione pro cecina. docet armatos ſi lati/ne loqui uolumus appellari tantũ illos. qui ſcuti teliſq; parati ornatiq; ſunt. qui uero ſaxa iacerẽt qui de terra ipſi tollerent non dici armatos. neq; eſſe arma ceſpites neq; glebas: Verũ cum cauſæ non uo/cibus ſed rebus ponderentur. appellatiõe armorum ſaxa continebunť: Quod & caius iuriſconſultus euidenter oſtendit. his uerbis. Armorum appellatio nõ utiq; ſcuta & gladios & galeas ſignificat ſed & fuſtes & lapides. CONtorto. immiſſo iacto: torquere eſt iacere. & immittere. Tortores machi/narũ Amiano Marcellino ſunt: hi qui ex machinis bellicis tela iaculantur: atq; contorquent. CAS SO. irrito uano futili. caſſitare uerbum eſt: non ab hoc uocabulo caſſo deriuatum: ſed a uerbo cado: ſignificat enim frequenter cadere: quod & uis ſignificationis oſtendit: uerbum prope peculiare iuri/ſconſultorũ: qui ſic ſcribunt. Si ex tegula caſſitauerit ſtillicidiũ: poſtea ex tabulato: uel ex alia materia caſſitare non poteſt. INNOxius. nihil nocens. & ad lapidem referť. VINdictæ ſpeculam. Specu lationem quaſi quandam ultionis capeſcendæ: ſpeculam enim dici locum editiſſimum ex quo ſpe/culamur. quis neſcit? quod ſpeculatorium eleganti uocabulo Cyprianus appellat: uel potius ex pone peculam pro paruam ſpem. ut a ſpe ſit ὑποκόρισμα: ut ſit ſenſus. non nullam ſpem uindictæ ſub/miniſtratam eſſe iuueni. ex humaniore prouẽtu. ut. ſ. ex eo quod prouenerat nactus occaſionem fin/geret manum ictu lapidis debilitatam: & ſub hoc prætextu diuitem aggrederetur. COMpellat. Alloquitur cum amarulenta incuſatione. FRVEre exitio. Tanquam clades noſtra ſit fructus tuæ beatitatis: & gaudium. Res aliæ ſunt ut inquit diuus Auguſtinus in primo de doctrina chriſtiana. quibus fruendum eſt: aliæ quibus utendum: illæ quibus fruendum eſt beatos nos faciunt: frui eni eſt amore alicui rei inherere propter ſe ipſam: utendũ eſt nũmo ut fruamur deo. ſed nũc ordine præ poſtero multi frui malunt nũmo: tanq̃ deus ꝓpter nũmũ colendus ſit. CRVdelitatẽ paſce. Sic nio be apud Ouidium paſcere crudelis noſtro latona dolore. TVIS ciuibus. Ciues noſtri alio noĩe la/tine & elegãter dici poſſunt municipes. populares cõterranei. qui cõciuẽ dicit nouitio uerbo utitur: nec apud ſæculum illud eruditum temere uſurpato: male litterari inſcitiſſime illiberaliſſimeq; cõpa triotã dicunt dictione prorſus barbarica & ex contubernio latinitatis exploſa. PROterminaueris. Propagaueris auxeris promoueris fines: proterminare a termino promouendo ductum uerbum.

Telorũ appella/tio.

Armorũ appella/tio.

tortores.

Caſſitare

Specula.

Frui.

Vti.

Proter/minare.

habitu⁊ tamen uicinũ aliquem:nã hæc etiã dextera:q
tuum prorſus amputaſſet caput:iniquitate fati cõtuſa
decidit.Quo ſermone alioquin exaſperatus furioſus
latro:rapto gladio:ſua miſerrimũ iuuené manu peré/
pturus:iuadit auidus:nec tamẽ ſui molliore ꝓuocaue
rat:qppe iſperato & longe cõtra eius opinione reſiſtés
iuuenis.amplexu fortiſſimo arripit eius dexterã : ma/
gnoq; niſu:ferro librante:multis & crebris ictibus ipu
ram elidit diuitis aĩam:& ut accurrentiũ etiã familia/
riũ manu ſe liberaret.confeſti adhuc inimici ſanguine
delibuto mucrone gulã ſibi ꝓrſus execuit. Hæc erant:
quæ ꝓdigioſa præſagiuerãt oſtẽta:hæc quæ miſerri/
mo domino fuerant nũciata.nec ullũ uerbũ:ac nec taci
tũ quidé fletũ tot malis circũuẽtus ſenex quit emittere.
Sed arrepto ferro:quo cõmodum inter ſuos epulones:
caſeũ atq; alias prandii partes diuiſerat: ipſe quoq; ad
inſtar infœliciſſimi ſui filii iugulũ ſibi multis ictibus
cõtrucidat:quoad ſuper mẽſam tremulus corrués por
tentoſi cruoris maculas noui ſanguinis fluuio proluit.
Ad iſtũ modũ puncto breuiſſimo:dilapſæ domus for
tunã hortulanus ille miſeratus:ſuoſq; caſus grauiter i/
gemiſcẽs:depẽſis pro prandio lachrymis:uacuaſq; ma
nus cõplodens ſepicule:ꝓtinus inſeſſo me retro quam
ueneramus uiam capeſſit.Nec inoxius ei ſaltẽ regreſ/
ſus euenit.Nã qdã ꝓcerus:& ut idicabat habitus : atq;
habitudo:miles e legione:factus nobis obuius : ſuper
bo atq; arrogãti ſermõe ꝓcõtatus eſt : quorſum uacuũ

HABIturum te uicinum.Nullus eſt tam opulentus:nec tam magna latifundia poſſidet: ut nõ ui
cinum aliquem habeat & conterminum.nam & regnis ſinitima ſunt regna.& collimitio quodam
regiones maximæ terminantur. CONtuſa decidit.Debilitata infractaq; corruit.itellige cum uer/
bis manũ quaſi lapſabũdam oſtentaſſe. FVrioſus latro.Modo ſiccarius.mõ latro.modo ueſanus.
nominibus ſane conuenientibus nominaẽ hic diues & factioſus. SVA manu.Cum fuiſſet percuſ/
ſus in brachio ictu lapidis a ſeruo contorti.nunc diues tyrannicus ſua manu non ſeruili perimere iu
uenem feſtinat. NIſu.Conatu
& impetu. NEC ſui molliorẽ.
Ideſt diues prouocauerat prouo/
catorem nihil ipſo deteriorẽ.imo
longe ualentiorem . quod & exi/
tus oſtendit. ELIdit aĩam.Qua
ſi ui eliſam . extruſamq; intelligi
uult Plinius ait uillas eliſas mõtiũ
cõcurſu. DELIbuto mucrone.
Ideſt gladio illo adhuc ſanguĩno/
lẽto ſemet interfecit gula execta:
quo diuité iteremerat: cuius ſan/
guine adhuc madebat. PRAE
SAgiuerãt oſtẽta.Ouum gallinæ
fons ſanguinis ꝓdigioſus: muſte
la ſerpẽtẽ mordicus trahés : rana
ex ore canis exiliés ꝓſagauerãt de/
nũciauerãtq; clades haſce ꝓſcrip/
tas. NEC ullũ uerbũ quit emit
tere.Senex ꝑ audito obitu filio⁊
miſerabili : nec loqui potuit præ
dolore nec flere:quaſi aggere ma
lo⁊ ꝓſſus attonituſq;:Virgilius ĩ
xi.narrat euandrum uix hiſcere
potuiſſe procumbentem ſupra ca
dauer palantis filii.& uia uix tan/
dẽ uoci laxata dolore ẽ. COM/
modum.Modo id horas. ut ſæpe
apud hũc ſcriptorem poſitum ẽ.
EPVlones.Modo compranſo/ Epulões.
res conuictoreſq; : alias dicuntur
ſacerdotes miniſtri põtificum. In
cœnis de quibus ſuo loco plura
diximus:quos notat Lucanus il/
lo uerſu:ſeptẽ uirq; epulis feſtus
titiiq; ſodales. TERmulus. ſic
Iuuenalis de priamo ſene tũc mi/
les tremulus poſita tulit arma tia
ra.& ruit ante aram ſummi iouis ut uetulus bos. POR tentoſi cruoris maculas.ſignat ſanguinis
fontem.qui emicuit largiſſimus ex quo reſultantes guttæ menſam cruore per ſparſerunt . qui ſan/
guineus fons portendebat ſanguineum fluuium.ex corpore domini ſenis promicãtem. DEPEN
ſis pro prandio lachrymis.Cum ſtabulario & cauponi ſoleat uiator pro prandio nummos perſol/
uere.nunc hortulanus lachrymas hoſpiti non nummos dependit: Sympathia quadam affectus ob
dira inſortunia. MAnus complodens.Complodere manus eſt inter ſe illidere.& percutere : quod Cõplode
facere ſolemus in lamentatione & luctu:Oratores in actione cauſarum feriunt ſemur cedunt pectus re máus.
complodunt manus quod improbans Quintilianus dixit in.xi.complodere manus ſcenicum eſt.&
pectus cedere:comploſio quoq; pedis in oratore ſi crebra ſit uituperat idem Quintilianus:quam de
centem fuiſſe in.M.Antonio oratore teſtis eſt.M.Tullius. INfeſſo.Legendum eſt inſeſſo.ut ſit ſen
ſus hortulanus inſidens dorſo meo per eandem uiam.qua uenerat retro rediit. HABItus & habi
tudo.Veſtitus & corporis liniamenta militem eſſe indicabant. De habitu & habitudine enarratius
ſuo loco diximus. MIles legiõe.Legionarius miles ſignificatur.namq; Vegetio & modeſto aucto/
ribus milites bifariam diuidũtur in legionarios & auxiliares.legionarii ſunt Romani auxiliares ex/
terni.qui a ſociis uel fœderatis gentibus mittuntur.Miles e legione longe honoratior eſt q̃ miles au/
xiliator.Nam legionibus ſemper auxilia tanq̃ leuis armatura in acie iungebantur:ut in his præliãdi

Legionarii milites
Auxiliares.

magis adminiculum eſſet q̄ principale ſubſidium. In donis militaribus dandis ſeruabatur illud diſcrimen. ut auxiliares externos torqbus aureis donarent: at ciues niſi argenteis. contra armillas ciuibus dabant. quas non habent externi cuius rei meminit Plinius noſter. in. xxxiii. DVceret aſinum. Ex Luciano qui ait ηρετο τὸν κηπουρὸν ὅπου ἀπάγοι τὸν ὄνον ἐμὲ interrogauit hortulanum quo adduceret aſinum. MErore. Ex infortunio. quo peſſundatā uiderat hoſpitis domū. LATIni ſermonis ignarus. Militem latino ſermone alloquutum eſſe hortulanū teſtis eſt Lucianus ſic ſcribens: πρῶτα λάλει πρὸσ ἡμᾶσ τῇ ἰταλῶν φωνῇ primum nos alloquitur uerbis italicis. Vnde hortulanus τῆσ φωνῆσ ἀνόητοσ. idest linguæ ignarus nihil reſpondit. FAMIliarem inſolētiā utrū illi tantum militi inſitam ingenitamq;? an generaliter inſolentia dicitur familiaris eſſe militibus: cū id genus homines ferme: omnes uideamus inſolentes. ac faſtu tumentes. CONFIcion. Corrige conuitio. ideſt probro tanquā ſilētium hortulani pro conuitio & maledicto fuerit militi. uel potius lege ut cōuicio. Ideſt ut coniecto & cōiectura opinor ut ſit uerbum. VIte quā tenebat. Lucianus dixit. παίει τῇ μάστιγι τὸν κηπουρόν. Ideſt ferit flagello hortulanum. Noſter uero doctius inquit uite obtuſum eſſe: reſpiens uidelicet ad Romanorum diſciplinam: ac ritum. apud quos militare quaſi inſigne & geſtamen erat

duceret aſinū? At meus dominus adhuc merore permixtus & alias latini ſermōis ignarus: tacitus præteribat. nec miles ille familiarem cohibere quiuit inſolentiam: ſed indignatus ſilentio eius: ut cōuitio: uite quam tenebat: obtundens eum: dorſo meo perturbat. Tunc hortulanus ſupplicue reſpondit: ſermonis ignorantia ſe: quid ille diceret: ſcire non poſſe. Ergo igitur egre ſubiiciens miles: ubi inquit ducis aſinum iſtū? Reſpōdit hortulanus petere ſe proximam ciuitatem. Sed mihi inquit opere eius opus eſt: Nam de proximo caſtello ſarcinas præſidis noſtri cum cæteris iumentis debet aduehere: & iniecta ſtatim manu: loro me quo ducebar arreptum incipit trahere. Sed hortulanus.

Vitis cēturionis geſtamē.

Vitis: quam centuriones prope peculiariter geſtabant: eaq; pecātes milites caſtigabāt: Plinius in. xiiii. centurionum in manu uitis atq; etiam in delictis pœnam ipſam honorat: Plutarchus in galba. Sempronius inquit centurio ſublato palmite quo centuriones in milites ſontes animaduertunt: in eos: qui inuadebant: clamabat: & ut imperatori parcerent iubebat. Scribunt iuriſconſulti titulo de re militari: quod miles ſi uitem tenuit centurioni ſe caſtigare uolenti militiam mutat: ſi ex induſtria fregit: uel manum centurioni intulit capite punitur. hinc a Macrobio uitis ſcito epitheto centurialis dicta: annotanda eſt obiter circunlocutio poetaꝝ decentiſſima: qui centurionem deſcribere uolentes

Vitis latia.
ennius cēturio.

hac periphraſi utuntur: ut uitis latiæ nuncupatione deſignent: Lucanus in. vi. pharſaliæ. ꝓmotus latiam lōgo gerit ordine uitem. Martialis. Vare parethonias latia modo uite per urbes nobilis Silius in. iii. punicorum uitis latiæ præſignis honore. Item in. xii. Ennium centurionem fuiſſe intelligi uolens decenter ait Miſcebat primas acies latiæq; ſuperbum uitis adornabat uitæ decus. ex hac doctrina eſt illud Satyrographi nodoſam frangebat uertice uitem. Idem centurionatum ſignificans dixit. aut uitem poſce libello. SVPplicue. Suppliciter. Sermonis ignorantia: Tot ſunt gentium ſermones: ut inquit eleganter Plinius: tot linguæ: tanta loquendi uarietas: ut externus alieno pene non ſit

Surdus hō in aliena līgua.

hominis uice. ex hoc linguarum diſcrimine & ſermonis ignorātia fit: tu græci in latino: latini i græco ſermone ſurdi ſint: Deniq; omnes ut. M. Tullii uerbis utar: in his linguis: quas non intelligimus: quæ ſunt innumerabiles ſurdi ꝓfecto ſumus: Diuus quoq; Auguſtinus libro de ciuitate dei undeuigeſimo in hanc ſententiam ſcribit hæc digna memoratu. In quo primum linguarū diuerſitas hominem alienat ab homine. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam neq; præterire ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius: facilius ſibi animalia muta etiā diuerſi generis q̄ cum illi ſint homines ambo ſociantur: quando enim quæ ſentiunt iter ſe communicare non poſſunt. propter ſolam linguarum diuerſitatem. nihil prodeſt. ad ſociandos homines tāta ſimilitudo naturæ: Ita ut libentius homo ſit cum cane ſuo q̄ cum homine alieno. VBI ducis? Attende elocutionem inuſitatam: ubi ducis? cum ex grammaticali diſciplina & norma dicendū fuerit. Quo ducis? Veꝝ Lucius noſter ut ego opinor: nō minus ſcitæ q̄ feſtiuiter militem grāmaticæ inſtitutionis ignaꝝ inducit militariter loquentem ꝑuaricato grāmaticoꝝ decreto: minimeq; obſeruātem placita donatiſtaꝝ. SED mihi īquit. Verba militis inſolentis. qui nullo iure aſinum ab hortu-

Reſponſum galloꝝ.
Omnia fortiū eē.
Præſes.

lano abducere contendit tanq̄ ꝓbet reſponſum illud galloꝝ ferox & iniquū: qui Romanis dixerūt ſe in armis ius ferre. & omnia fortium uirorum eſſe. Plato quoq; in gorgia prodidit natura comparatum eſſe ut præſtātior plus habeat q̄ inferior: & potentior q̄ debilior. Vnde & pindarus herculem ait neq; emptos neq; donatos gerionis boues abegiſſe: ut pote naturali ipſo iure dictante: & boues & cætera omnia. quæ ab hominibus poſſidentur eius eſſe debere qui præſtantio ſit atq; ualentior. PRAEſidis. Nomē præſidis generale eſt: quo omnes prouincias regentes ſignificantur. præſes ꝓ-

uinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem. præſidibus ituris in prouinciam publice locari ſolent. tabernacula. & iumenta ſarcinaria ad utẽſilia deportanda. Auguſtus uero auctore Suetonio inſtituit ut certa pecunia conſtitueretur proconſulibus ad mulos & tabernacula: hic legimus apud lampridium. Quod Alexander Romanus imperator præſides' prouinciarum ita inſtruebat ut acciperent mulos binos. equos binos muliones & alia neceſſaria. reddituri depoſita adminiſtratione mulos equos & muliones. cætera ſibi habituri. ſi bene egiſſent: In quadruplum reddituri ſi male.

prioris plagæ uulnere prolapſum capite ſanguinem detergens: rurſus deprecatur: ciuilius atq; manſuetius uerſari cõmilitonem: idq; per ſpes proſperas eius orabat adiurans. Nam & hæc ipſe aiebat. iners aſiellus & nihilominus morbo deteſtabili caducus: uix etiã paucos olerum manipulos de proximo ſolet: anhelitu languido fatigatus: ſubuehere: nedum ut rebus amplioribus idoneus uideať gerulus. Sed ubi nullis precibus mitigari militem: magiſq; in ſuam perniciem aduertit efferari: iamq; inuerſa uite de uaſtiore nodulo crebrũ ſuum diffindere: currit ad extrema ſubſidia: ſimulans quærere: ad cõmouendam miſerationem: genua eius uelle contingere: ſummiſſus atq; incuruatus: arreptis eius pedibus utriſque ſublimen elatum terræ grauiter applodit. & ſtatim: qua pugnis: qua cubitis: qua morſibus: etiam de uia lapide correpto: totam faciem: manuſq; eius & latera conuerberat. Nec ille ut primũ humi ſupinatus eſt: uel repugnare: uel omnino munire ſe potuit: ſed plane identidẽ cõminabatur: ſi ſurrexiſſet: ſeſe conciſurũ eum machera fruſtati. Quo ſermone eius cõmonefactus hortulãus: erripit ei ſpathã eaq;

PRIOris plagæ. Qua ſcilicet. cum obtundens miles uitigineo fuſte ex aſino deturbauerat. MORBO caducus. Oſtendit hortulanus aſellum illum minime expetibilem eſſe minimeq; precioſum: ut pote qui inualidus ſit: & comitiali morbo conflictetur: fiatq; caſſabundus: ſed hoc ruſtice magis dictum: q̃ ſcite eſt: cum morbus comitialis ſiue caducus non tam ad iumenta: quam homines pertineat: quo nõ pauci uexantur de quo copioſiſſime apud Suetonium in primo commentario. Plinius. & cæteri ſcriptores tradunt ſolas animalium coturnices præter hominem ſentire morbũ comitialẽ. Quod ſi uerum eſt. Aſinus huic morbo obnoxius eſſe non potuit. MANIPVlos. Faſciculos herbarũ hortenſium: quas hortulani manipulis alligatas frequenter in urbem deferre uenales conſueuerunt.

REBVS amplioribus. Sarcinis præſidis aduehẽdis: dixerat enim miles uelle ſe uti opera aſelli. huiu ſce doſſuarii ad ſarcinas præſidis deferendas. VICE. Errore unius littere minutulo quidem corrupta dictio eſt. ſed qui etiam intelligentiam eruditi lectoris obturbet ac remoretur. proinde legas uite. ut ſit ſenſus militem inſolentia familiari efferatum inuertiſſe uitem: quod militare geſtamen eſt: ut ea ſcilicet parte: quæ nodoſior eſt: & uaſtior: quæq; manu 'contineri ſolet diffinderet caput hortulano. SIMVlans quærere. Purior lectio eſt ſi legatur ſimulanſq; ut ſit particula tantum copulatiua. GENVA contingere. Depræcatores ſupliceſq; genua attingũt ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant: ut ſæpe iam dixi. Antiquitas miſericordiæ genua conſecrauit: ut frontem genio: & dextram fidei. ARREPTIS pedibus. In hanc ſententiam eſt illud Quinti Curtii ſubductis repente pedibus arietauit ad terram. TERræ applodit. Allidit ad terrã. & cum ſonitu affligit. Lucianus. ex τορ ποδωρ ὑποσπασαρ εισ τηρ οδορ εκτιρει. ideſt pedibus ſubtractis in uiam extendit. QVA pugnis. Ideſt partim pugnis partim cubitis. hæc enim particula. in hunc ſenſum uſurpatur. M. Tullio. Liuio. Plinio. cæteris. ad præſens ſucurrit illud ex epiſtolis Plinii. medium tempus diſtentum impeditumq;: qua officiis maximis: qua amicitia principum egiſſe: apud Plautum ait paraſitus. Meus eſt baliſta pugnus: catapulta cubitus. QVA morſibus. Partim morſibus: morſus hominis inter aſperrimos muneratur. ut tradit Plinius in. xxviii. medentur ſordes ex auribus. Lucianus. εποιει εκειρορ ουτωχειρι και ποδι και λιθοεκ τισ οδου. ideſt feriebat illum manibus pedibus lapide de uia correpto. REPVGNAre. Græce dicitur. αρτεωαχεισθαι.

IDENTIdem. Frequenter ſepicule. CONCISVrum machera. ex Luciano. απειλει ει αραστα τη α ποκτερειρ τη μαχαιρα græci macheram uocãt ſpatham. ſiue gladium. ut iam diximus. Vnde macherophori pro ſatellitibus enſiferis: & macheropios pro fabro gladiorum: apud pſalmographum lingua eorum gladius acutus græce dicitur machera: & ita dixit ruffinus. FRVSTAtim. Minutatim per fuſtra. & minutias: aduerbium eſt de quo iam dictũ eſt. SPAthã. Antiqui græco uocabulo ſpathã dicunt enſem: & ap̃ græcos ſcribiť p. ideſt. th. m igr illud qđ hæc: dictio q̃uis græca ſit notior tamẽ uulgo eſt: atq; frequẽtior in quotidiano idiomate: q̃ enſis gladius mucro ſicut lexcẽta alia de q̃bus alias: Milites Romani grauis armaturæ habebãt auctore Vegetio gladios maiores quos ſpathas

Coturnices morbo caduco obnoxiæ.

Genua miſeridiæ.
Frons genio.
Qua.

Macherophori.
Macheropius.
Spatha.
Semiſpathæ.

uocant:& alios minores.quos ſemi ſpathas uocant plumbatas quinas poſitas in ſcutis quas primo impetu iaciunt.præterea ſpathæ apud græcos.ut docet Iulius pollux appellatur ramus palmæ:a qua balani hoc eſt dactyli dependeant:quo inſignificatu eſt illud ex leuitico ſumetis uobis die primo fru

Spathalion ctus arboris pulcherrimæ ſpatulaſq; palmarum.ab ſpathe fit υποκοριςμα.hoc eſt diminutiuũ ſpathalion hinc apud Martialem lẽma eſt.ſpathalion cariotarũ:accipiturq; pro ramulo palmæ cum da

Cariotæ. ctylis dependentibus:quas cariotas & cariotidas idonei auctores appellant:nõ me fallit in pleriſque codicibus epigrammatarii poetæ non ſpathalion legi. ſed petalion. q etiam ſpathalia ſunt Plauto & Plinio inſtrumẽta delitiarũ mulierium:quæ Hermolaus barbarus a ſpathale nympha deduci autumat.ego aũt a uerbo græco ſpathao quod ſignificat delicate ago ut apud Ariſtophanem σπαθαν λιαρσ παυσασ Longiſſime abiecta. Luciãus και ριπτει πορρω idest & longe proiicit. Quiens. potens uales:quit enim dicit poteſt cuius contrarium eſt nequit. SIMVlat ſe mortuũ. Lucianus ψευδετο ως τεθνηκε εν ταις πληγαις mentitus eſt ſe mortuum eſſe ex plagis. NEC HORTVLVM CVRANS INVIſere. Lucianus ait hortulanum tradidiſſe hortum συνεργω idest ut uerbum exprimã de uerbo.cooperatori cuipiam colendũ. uerba Luciani hæc ſunt. τον μεν κηπον αυτου συνεργω τινι επεδωκε γεωργειν. TANtiſper occultaret. Tam diu donec euaderet ĩminẽs

Tãtiſper periculũ. Poſtulat autem particula tantiſper poſt ſe dum donec:quoad.Terentius ego te meũ eſſe dici tantiſper uolo:dum :quod te dignũ eſt facias.Interdũ abſolute ponitur & ſignificat interea:& tam diu:Liuius in primo id imperiũ ei ad puberẽ ætatẽ icolume mãſit tantiſper tutela muliebri.Donatus tantiſper dictũ eſſe ait pro q̃ſi tã

Capital. tum.ut pauliſper quaſi paululũ.& parũper quaſi pagæ CAPItalẽ cauſam.Dicit capitalis cã:qua agit de capite.hominis & ſalute.Capital facinus dixerũt ueteres qđ capitis pœna luitur:apud Plautũ capitalis edis facta eſt:apud oratiũ ira fuit capitalis pro exitiali.& peſtifera.ſic & homo capitalis.M.Tullio dictus pronoxio.& peſtilẽti. COMplicitis pedibus.Luciãus.επειδε αραντες με εκ των ποδων και ανασυραντες την κλιμακα εις οικημα υπερωον.idest me aũt tollẽtes pedibus deportat p ſcalas in cœnaculũ ſuperius. DEORſus.Græce dicit κατω.idest inferne ſiue inferius. DIREpit in ciſtulã.Clanculo & furtim irrepens oculratur ſub ciſtula.Lucianus τον μεν ουν δεσποτην εν κιβωτω κεκρυ

Orificiũ. ψαντες. dominũ meum in arca occultarũt. SVPERgeſto orificio.In ciſta ſiue arca delituit hortulanus operculo ſuppoſito.ne uiſceretur.Orificiũ accipe pro tegumento ſiue opculo.quo ciſtæ os occluditur:orificia uentris duo ſunt.quoꝝ ſuperius recipit deuorata & in follem ſtomachi recõdit. inferius uero demiſſum inteſtinis adiacentibus inſeritur:& inde uia eſt egerendi.auctor Macrobius in ſeptimo ſaturnalium. EMERSVS graui crapula. Allegoricos tanq̃ experectus excitatuſq; a ſomno poſt uinolentiam:& enim uinolentorum eſt ut crapula mergantur:quæ ut inquit Ariſtoteles in problematis eſt proprie feruor quidam & inflammatio ex uino:quæ plus conflictat q̃ temulentia:Plini

Crapula us in.xxiii.de uino loquens ſic ſcribit.Nouitium reſinatum nulli conducit capitis dolorem & uertigines facit : ab hoc dicta crapula eſt. NVTABVNdus.Lapſabundus uacillans titubante greſſu & capite grauato.Lucianus ο δε στρατιωτης εκ της οδου τοτε μολις επαρθεις ταις ως εφασαν καρη βαρων ταις πληγαις ηκεν εις την πολιν idest miles ex uia uix ſurgens capite nutanti propter

Impotentia plagas uenit in ciuitatem. DE impotentia.De infirmitate imbellia imbecillitate:Alias impotentia dicitur ĩmodica intolerandaq; potentia:ſicut & impotens tyrannus.& impotens fortuna pro nimi

Cõmilitones. um potens. INIVriam deuorans.Conſimile ẽ illud Terentianũ.accipienda & muſitãda iniuria adoleſcentiũ ẽ. Cõmilitones.Græci συνστρατιωτας dicunt cõmilitones q & cõmilites dicũt : cõmilitiũ quoq; appellant cõmunẽ militiam.Lucianus και τ ους στρατιωτας τοις συναντωντας ευτυχων:

longiſſime abiecta:rurſus ſæuioribus eũ plagis aggreditur.nec ille proſtratus:ac præuẽtus uulneribus : ullũ reperire quiens ſaluti ſubſidiũ : quod ſolũ reſtabat ſimulat ſeſe mortuũ. Tũc ſpathã illam ſecũ adportans hortulanus:inſcenſo me cõcito gradu recte feſtinat ad ciuitatem:nec hortulum ſuũ ſaltem curans inuiſere: ad quẽpiam ſibi deuertit familiarem:cũctiſq; narratis deprecatur periclitanti ſibi ferret auxiliũ.ſeq; cũ ſuo ſibi aſino tantiſp ocultaret:quo ad celatus ſpacio bidui: triduiue capitalẽ cauſam euaderet. Nec oblitus ille ueteris amicicie prõpte ſuſcipit:meq; per ſcalas:cõplicitis pedibus:ĩ ſuperius cænaculum attracto. Hortulanus deorſus in ipſa tabernacula direpit:in quandam ciſtulam. & ſupergeſto deliteſcit orificio. At miles ille:ut poſtea didici:tandem uelut emerſus graui crapula:nutabundus tamen :& tot plagarum dolore ſaucius : baculo ſæuix ſuſtinens : ciuitatem aduẽtat : confuſuſq; de ĩpotentia:deq; inertia ſua qcq̃ ad quẽq̃ referre popularũ ſed tacitus iniuriã deuorans:quoſdã commilitones nactus:iſtã tunc cladẽ enarrat ſuã. Placuit ut ipſe qdẽ

contubernio ſe tantiſper abſconderet. Nā preter ꝓpriam contumeliā: militaris etiā ſacramēti geniū ob amiſſam ſpathā uerebatur. Ipſi aūt ſignis noſtris enotatis: īueſtigatiōi uidicteq; ſedulā darēt operam. Ne deſinit uicinus perfidus: qui nos illico occultari nunciaret. Tum cōmilitones accerſitis magiſtratibus: mentiūtur ſeſe: multi precii uaſculum argēteū preſidis ī uia pdidiſſe: idq; hortulanum quēdam reperiſſe: nec uelle reſtituere: ſed apud familiarem quēdā ſibi deliteſcere. Tūc magiſtratus & dāno præſidis nomine cognito: ueniunt addiuerſorii noſtri fores: claraq; uoce denunciant hoſpiti noſtro: nos quos occultaret apud ſe: certo certius dedere: potius quam diſcrimen proprii ſubiret capitis. Nec ille tantillum cōterritus ſalutiq; ſtudēs eius quem ī ſuam recœperat fidem quicq̄ de nobis fatetur: ac diebus pluſculis: nec uidiſſe quidem illum hortulanum contendit. Contra militones: ibi nec uſpiam: illū deliteſcere adiurantes: genium principis contendebāt: Poſtremū magiſtratibus placuit obſtiate denegātem:

CONtubernio. Domicilio militari ſignificanter & proprie: nam contubernium dicimus decem milites ſub uno papilione degentes: quibus qui præeſt capur contubernii nominatur. Centuria ī decem contubernia diuidebatur. TANtiſper. Interim aliquādiu abſolute dictum ut ſupra annotauimus. GEnium milites. per genium imperatoris & maieſtatem iurant: ſe nunquam deſerturos militiam: nec mortem recuſaturos pro Romana re publica: & omnia ſe ſtrenue facturos: quæ præcepit imperator: ideoq; ſacramenta dicuntur. ut docet Vegetius. hinc apud Satyrographum legimus. nūc alia emolumenta notemus ſacramentorū. Auctor eſt Tertullianus in Apologetico. Quod gentiles ſacra faciebant pro ſalute imperatoris: & genium eius deierebant: & citiuis deniq; per omnes deos q̄ p unum genium cæſaris peieratur.

Commilites. Commilitonum. Contubernium. Sacramēta. Genius cæſaris.

OB amiſſam ſpatham. Miles qui in bello arma amiſit uel alienauit capite punitur: humane militiam mutant. ut docet iuriſconſultus titulo de re militari. ubi ſic ſcribit paulus. arma alienaſſe graue crimen eſt. & ea culpa deſertioni exæquatur. utiq; ſi tota alienauerit ſi tibiale uel humerale alienauit caſtigari uerberibus debet: ſi uero loricam: ſcutum galeā gladium deſertori ſimilis eſt. Tradunt hiſtorici filium Catonis dum in prælio fortiter alacriterque depugnat gladium amiſiſſe: qua ex re generoſus adoleſcens ualde perturbatus nequaquam ſibi uidēdum de ſceps exiſtimabat: ſi eius ſpolio potireť hoſtis. itaq; collecta iuuenū manu per medias cedes perq; medios hoſtes impetu facto gladium tandem in magno armorum atq; cadauerum aceruo inuenit. Timebat ergo miles ne ob amiſſam ſpatham. ex diſciplina militari pœnas penderet. Apud Plautum epidicus. cum audiſſet hoſtes potitos eſſe armis herilis filii exclamat edepol facinus iprobū. IPſi. Scilicet cōmilitōes. SIgnis enotatis. Obſeruatis ueſtigiis cæteriſq; ſignis ꝓpter q̄ iuenire poſſent noſtra latibula. VIcinus perfidus. πῆμα κακὸς γείτων ut inquit heſiodus: mala res eſt uicinus malus: cōtra bonus uicinus maximū bonū eſt. apud Terentiū chremes uicinitaē in propinqua parte amicitiæ reputat. NVNciaret. Militaribus. OCcultari. A uicio. ACcerſitis magiſtratibus: Lucianus. παραλαμβάνουσι τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας. ideſt aſſumunt ciuitatis magiſtratibus. MENtiūtur. Cum dedecoroſum eſſet confiteri militem ab hortulano ceſum eſſe uerberibus: excogitant fraudis diuerticulum: ut domum illam in qua hortulanus cum aſino letabat ſub honeſta occaſione perſcrutari poſſint. alioqui magiſtratus illorum petitionem illuſiſſent. DANno cognito. Tāquam reuera uaſculum argenteum præcioſum præſes perdidiſſet. OCcultaret certo certius. Quos ſcirent certiſſime ab illo occultari: ſic. n. loqmur uero uerius ē. p uerīſſimū ē: certo certius ꝓ certiſſimū. Stoici talē locutionē non probant. apud quos non ſunt gradus comparatiōis ſuperlationiſq;. &. n. ex dogmate illorum: nihil eſt plano planius: nihil recto rectius: nihil beatus beatius: nihil certo certius: ſup quo. M. Tullius: Seneca: cæteri ſcriptitauere. DIſcrimen capitis. Qui receptator ē furis: qui occultat fugitiuum ex legis præſcripto mulctatur: nam ut ſcienter & ſalubriter ſcribit Vlpianus. congruit bono præſidi curare ut pacata prouincia ſit. qui latrones fures cōquirere debet: & prout quiſq; deliquerit in eum animaduertere: receptatoreſq; eorum coercere: ſine quibus latro diutius ſtare non poteſt.

Arma amittere criminoſum. Nihil recto rectius.

TANtillum. Minimum. SAluti eius: Scilicet hortulani. MIlitones. Attende poſitum militones pro milites: ea forma qua commilitones. qui & commilites dicuntur: græci: στρατιώτας appellant. Illum deliteſcere. Lucianus: οἱ στρατιῶται ἔνδον ἔφασαν εἶναι τὸν κηπουρὸν καὶ τὸν ἐκείνου ὄνον. ideſt militones dixerunt intus eſſe hortulanum & illius aſinum. IBI nec uſpiam. Diſtincte legendū ē hoc itellectu aſſeuerabāt milites: ibi deliteſcere hortulanū. nec uſpiā alibi. ADiurāte geniū pricipis. Paulo ante dictū ē ex auctoritate Tertuliāi: qđ priſci rōani geniū pricipis deierebāt. malebātq; p deos oēs: q̄ unū gēiū pricipis peierare: ſcri. Vlpianus titulo de iure iurādo: ſi qs iurauerit ī re pecuniaria p gēiū pricipis & piurauerit: fuſtibus eū caſtigādū: eiq; dimiſſo ſupdici debere iportūe noli iurare.

Nō licet peierare p geniū principis.

ſcrutinio detegere:imiſſis itaque lictoribus:cæteriſque
publicis miniſtris:angulatim cuncta ſedulo per luſtra
ri iubent:nec quiſquam mortaliū:ac ne ipſe quidē aſi/
nus intra limen cōparere nūciatur. Tūc gliſcit uiolen/
tior utriuſque ſecus cōtentio:militū:pro comperto de
nobis aſſeuerātiū: fidēque cæſaris idētidē iplorātiū:at
illius negātis:aſſiduecꝫ domini numē obteſtātis: quā
cōtētiōe:& clamoſo ſtrepitu cognito curioſus alioquī:
& inqeti ꝓcacitate preditus aſinus:dū obliquata ceruī
ce per quandā feneſtrulā:qdnam ſibi uellet tumultus
ille:proſpicere geſtio:unus e cōmilitiōibus caſu fortui
to conlimatis oculis ad umbram meam : cūctos teſta/
tur incorā:magnus deniqꝫ continuo clamor exortus ē:
& emerſis protinus ſcalis iniecta manu:qdam me ue/
lut captiuum detrahunt. Iamque omni ſublata conta/
tione ſcrupuloſius contemplantes ſingula:ciſta etiam
illa reuelata repertum:productumqꝫ & oblatum ma/
giſtratibns miſerum hortulanū:pœnas ſcilicet pēſurū

Scrutini/ SCRVtinio. Annotādū multa eſſe uerba uernacula ꝑtrita plebeia uulgaria:q̄ in uſu ſunt eruditoꝝ:
um. ut ſcrutiniū hoc ī loco ponit̄ ꝓ ſcrutatiōe inueſtigatiōeqꝫ:ſicut paſſim uulgo loquūt̄:ab eo uerbo qd
Liturgi ē ſcrutor nimiꝝ ſcrutiniū deriuat̄:pōt & aduerbiū eē ſcrutinio eodē tamē ſignificatu. PVblicis mi/
Lictores. niſtris. Viatores:apparitores:lictores.apud Romāos dicūt̄ publici miniſtri.græco uocabulo. λει του/
unde. ργους uocant.απο του λειτουργειν qd ſignificat miniſtrare:unde Plutarchus autumat lictores di/
ctos eē.noſtri uero a ligādo:ſic li ctorē dici:ut a legēdo lectorē ꝓdiderūt:officiū eni lictoris erat ut liga/
ret uiceretqꝫ quē iuſſiſſet magiſtra/
tus: hic apd liuiū &.M. Tulliū li/
ctor liga manus.tiro nī Cicerōis li
bertus lictorē uel a lino uel a licio
dictū ſcripſit:licio.n.trāſuerſo:qui
magiſtratibus inqt ꝑminiſtrabāt
cīcti erāt. ANgulati. Per omnes
angulos & cūcta domus loculamē
Gliſcit. ta. COMparere apparere. Ac ui
ſitari. GLiſcit. Inde glires dicti:q
ſono gliſcūt.& pingues fiūt: ſilius
gliſcit eliſeo uiolētior ira tyrāno:
columella in.viiii.turē iqt p hye/
men difficulter gliſcit hoc eſt pin/
gueſcit.& opinat̄. idē ait gallinā:
q̄ pria luna ſaginari cœpta ſit uice
ſima ꝑgliſcere. VTRiuſqꝫ. Legē
dū ē utriqꝫ ſecus.ut ſit ſenſus:cōtē
tio creſcit uiolēta ex utraqꝫ parte
militū.ſ.& hoſpitis:cū milites aſſe
uerarent ꝓ cōpato hortulanū &
aſinū itra edes deliteſcere: hoſpes
uero obſtinate pertinaciterqꝫ de/
negaret. FIdē cæſaris. Auxiliū
apud comicos poetas:fides ꝓ auxi
lio frequētiſſime pōit̄:unde & il/
lud uulgatiſſimū:ꝓh hominū atqꝫ deū fidē. IDENtidē. Frequenter. DOmini numē. Lego deū
numē ꝓ:deoꝝ locutiōe apud ueteres uſitatiſſima.numen autem dicitur quaſi nutus dei ac poteſtas.
Inquies. ET īquieti ꝓcacitate. Inqeta petulātia attēde q̄ declinat̄ hic & hæc & hoc.inqes inqetis.ſic apud pli/
noctur/ nium dicitur animus inquies pro inquietus.apud eundem inquies nocturna ponitur pro inquietu
na. dine nomine ſubſtantiuo Conſimiliter. A. Gellius inquit.ut interea labor hic uigiliarum & inquies
ſuauitate pauliſper uocum atqꝫ modulorum acquieſceret. Lucianus.αγερωχος και προπετης περι/
εργος εγω δ' ου λαλεμος μοι ειρ τιμεσ εν οι βοωντες διακυπτω απο εν κατωδια της θυριδος
Ego ſtrenuus & inquies.& in omnibus curioſus cognoſcere uolens qui nam eſſent illi uociferantes
ſuperne proſpicio in partem inferiorem per feneſtram. COLlimatis oculis. Obliquatis. Detortis.
Limis Terentius in eunucho inquit. Ego limis aſpecto exponit Donatus.limos dici obliquos atque tranſ/
Limō. uerſos.unde limen quoqꝫ dicitur quod ingredientibus exeuntibuſqꝫ tranſuerſum eſt.cum igitur
homines non recta facie ſed tranſuerſa intuentur limes dicuntur aſpicere & limis oculis: & collima/
tis. Plinius in.viii.de leonibus ſcribens ſic inquit.nec limis intuentur oculis aſpiciqꝫ ſimili modo no/
Limo ui/ lunt.plinium emulatus Solinus. Dixit breuius & obſcurius nunqnam limo uident minimeqꝫ ſe uo
dent. lunt aſpici apud.M. Tullium uerbum eſt collimare pro eo quod eſt ferire ſignum deſtinatum ocu/
Collima lis collimatis.ſic enim inquit in ſecundo de diuinatione ne:qui eſt enim qui totum diem iaculans
re. non aliquando collimet limare caput plauto. Neuio. turpilio poetiſqꝫ ueteribus eſt coniungere ca/
Limare. put & copulare.id quod amatores inter ſe potiſſimum amoris cauſa factitare conſueuerunt. INco
caput. ram. Lucius noſter ſæpe dicit ad inſtar incoram.& alia pleraqꝫ:quæ a nobis ſimpliciter uſurpant̄: ſic
ueteres uſitati ſunt. CONtinuo. Statim. EMERſis. Legi poteſt emenſis utraqꝫ lectio probabilis
SCRVpuloſius. Diligētius.ſolicitius.curioſius. CIſta reuelata. Detecta patefacta detracto oriſi/
Pendere cio ac operculo. Lucianus.ευρισκουσι τον εμον δεσποτην τη κιβωτω εγκειμενον. id eſt inue/
pœnas. niunt dominum meum in arca iacentem. PENſurum. Soluturum.pendere pœnas ſoluere ſignifi
cat.ab eo q̄ ære graui.cum uterentur Romani penſo eo non numerato debitum ſolebant.unde &
penſiones dictæ.plinius in.xxxiii.libralis inquit & dipōdius appendebat̄.aſſis quare æris grauis pœ/
na dicta:ſic & Virgilius.tum pendere pœnas cecropidæ iuſſi. Liuius quoqꝫ inquit ſat pœnarum pen/
ſum eſt deniqꝫ elocutio hæc.apud omnes luculentos ſcriptores frequentiſſima eſt: ut dicant pende/
re pœnas pro ſoluere. Namqꝫ antiquorum pœnæ.omnes dicitur pecuniariæ:qd & grāmatici tradūt.

IN publicum carcerẽ. Græce δεσμωτήριον dicitur publicus carcer. Lucianus. εἰς τὸ δεσμωτήριον πέμπουσι. CAuillari. Irridere & iocari. Lucianus. ἐγέλων ἐπὶ τῷ ἀμφὶ ψυσαρτι ἐκ τῶν ὑπερῴων καὶ προδόντι ἑαυτοῦ δεσπότην. i. ridebãt ꝙ ex ſupiore tabulato aſinus oſtẽderet ꝓderetq; ipſius dominũ. DE meo ꝓſpectu. Quod. ſ. per feneſtrã proſpiciẽs. me & hortulanũ ꝓdidiſſem. EX ꝓſpectu & umbra. Lucianus ſic. καὶ τότε ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος ἐξ ὄνου παρακύψεως. i. tunc primũ ex me. hic ſermo inter hoies ortus ẽ ex aſini ꝓſpectu: ꝓuerbiũ hoc ex ꝓſpectu & umbra aſini ſignificat. ex re iſpirata ſepe magna res ꝓdi atq; manifeſtari adduciq; in diſcrimẽ: ſicut ex ꝓſpectu aſini detectus eſt. & ꝓditus hortulanus deliteſcẽs iterpres. Luciani ꝓuerbiũ hoc ἐξ ὄνου παρακύψεως paꝝ elegãter iterpraetat. ex aſino cõſpecto. cũ fuerit dicendũ ex aſini proſpectu: qđ & uerba græca ſignificãt. & docet Lucius noſter Apud græcos celebre eſt id ꝓuerbiũ ὄνου παρακύψεως de his q ridicule calũniant. Feruntn. aſinũ fregiſſe uaſa fictilia in figuli officina per feneſtrã ꝓſpicientẽ. unde Aſinus in ius uocatus a domino tabernæ interrogatus cuius criminis inſimularet dixit. ὄνου παρακύψεως. i. de aſini ꝓſpectu. alii. tradũt. ꝙ aſino proſpiciẽte aues euolarũt. diſtruperũtq; telam. Quapropter dominus telæ aſinarium in ius uocauit: q rogatus ꝙ ob cãm reus fieret dixit ex aſini ꝓſpectu. unde natũ eſt adagiũ. Sed attẽde quæſo lector: & nũc mihi totus adeſto ꝙ cũ Lucianus tãtũ dixerit ex proſpectu aſini natũ prouerbiũ. noſter addidit de proſpectu & umbra. ſcito nõ hoc ſimpliciter intelligendũ: ꝓp umbram aſini: ad q̃ unus cõmilitonum oculos direxit. & ex ea deprendit hortulanũ deliteſcẽtẽ. Sed ut ego ſentio clanculũ & diſſimulanter alludit ad ꝓuerbiũ alterũ græcum ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. i. de umbra aſini: quo uti ſolemus de eos q deſiderant noſce futilia & friuola: minimeq; utilia: Cuius meminit menãder in enchiridio. & plato & alii cõpluſculi. Ductũ ãt eſt ꝓuerbium ex fabula. qua tradit iuuenẽ conduxiſſe mercede aſinum: & cum ſub umbra aſini ꝑ meridianũ æſtũ qeſcere uellet exturbatũ eſſe ab aſinario aſſerente ſe illi aſinũ tantũ locaſſe nõ umbrã: ex hoc uentũ eſt in iudicium ab utroq;. qđ cũ olim in iudicio cauſæ capitalis corã iudicibus faſtidioſis recitaſſet Demoſtenes: & illi mox expgefacti fabellæ lepiditate: cuperẽt noſce qs fuiſſet exitus rei ſubiunxit orator oppido q̃ tẽpeſtiuiter & ſcite. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκούειν ὦ ἄνδρες ἐπιθυμεῖτε ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε. o uiri. inqt cupitis audire de umbra aſini: hois autem pro aĩa periclitantis defenſionẽ audire nõ uultis. Sunt & illa apud eoſdem græcos de aſino quoq; celebrata prouerbia. ὄνος πρὸς αὐλόν. aſinus ad tibiam. ὄνος λύρας. aſinus ad lyram. ὄνος εἰς ἄχυρα. aſinus in paleas. dicit ãt hæc paroemia de his q præter ſpem incidũt in bona illiſq; uoluptarie fruunt. celebrant & illud. ὄνον κείρεις. aſinum tondes. de hominibus inefficacia aggredientibus. aſinũ enim tondere non poſſumus: cui conſimile eſt hoc. ὄνου πόκας ζητεῖς. ideſt aſini uellera quæris.

Ex aſini proſpectu. De umbra aſini Fabella lapida. Aſinus ad Tibiã. Aſinus in paleas Aſinum tondens.

in publicum deducũt carcerem: ſummoq; riſu de meo proſpectu cauillari non deſinunt. Vnde etiam de proſpectu & umbra aſini natum eſt frequẽs prouerbium

Decimi Commentarii argumentum.

HOc decimo libro continet militis cũ aſino ad ciuitatẽ acceſſus. facinoris muliebris ob amorẽ inceſtũ: infandũq;: luculenta deſcriptio. aſini duobus fratribus facta uenditio. quorum alter piſtor erat. Alter cocus. Mox fratꝝ ob aſini furtiuã rapinã cibariã diſſidiũ atq; cõtẽtio. Aſini uita genitalis: & paraſitica ſub domino mitiore: eiuſdẽq; cum matrona amorabũda concubitus: fœminæ ſceleſtæ ad beſtias damnatio: iudicii paridis edicio: aſini fuga ex ſpectaculo.

DIe ſequẽti meus quidẽ dominus hortulanus qd egerit: neſcio: me tamẽ miles ille: q ꝑꝑ eximiã ĩpotẽtiã pulcherrime uapularat: ab illo præſepio nullo equidẽ cõtradicente: diductum: abducit: atq; a ſuo contubernio: hoc enim mihi uidebatur: ſarcinis propriis onuſtum & prorſus ex ornatum: armatumq; militariter: producit ad uiam. nam &

DIE ſequẽti. Græce dr τῇ δὲ ὑστεραίᾳ. quid egerit neſcio Ex Lucião ſic ſcribẽte. τίνα μὲν ἐποίει ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης οὐκ οἶδα. i. qd paſſus ſit hortulanus meus domius neſcio. OB eximiã impotẽtiam. Verũ ob ĩualẽtiam & imbelliam: an ob immodicam militaremq; potentiam: ac inſolentiem: ambiguum ẽ. cõſtat. n. militem uapulaſſe cũ ob infirmitatẽ uiriũ qbus hortulanus ꝑpolebat tũ ob contumatiã ĩpotentiãq; tyrannicã: dum militariter cedẽ hortulano minitatur. ABDVcit. Abducit proprie alienus abducimus ĩuitos: ut docet Donatus: a Lucião ãt diſſentit q refert a milite uenditũ eſſe aſinũ πέντε καὶ εἴκοσι ἀττικῶν. ideſt uigintiquinq; atticis minis. Abducere.

galeam nitore premicātē : & ſcutum cæteris his lōgius lucēs:ſed etiā lāceam longiſſimo haſtili cōſpicuā: quæ ſcilicet nō diſciplinæ tūc quidem cauſa:ſed propter terrendos miſeros uiatores : in ſummo atq; edito ſarcinarū cumulo adinſtar exercitus ſedulo cōpoſuerat:confecta campeſtri:nec adeo difficili uia ad quādam ciuitatulā peruenimus: nec ī ſtabulo:ſed ī domo cuiuſdam decurionis diuertimus:ſtatimq; me cōmendato cuidā ſeruulo :ipſe ad præcioſitū ſuum:qui mille armatorū ducatū ſubſtinebat : ſollicite ꝓficiſcitur . Poſt dies pluſculos:ibidem deſignatum ſceleſtum & nefarium facinus memini.ſed ut uos etiam legatis ad librum profero.Dominus ædium habebat iuuenem filium : probe litteratum. atque obid conſequenter : pietate : modeſtiaq; præcipuum:quem tibi quoq; proueniſſe cuperes uel talem.Huius matre multo ante defuncta : rurſum

Arma ex terſa ſint — GAleam nitore præmicantē.Ex ꝑſcripto diſciplinæ militaris:arma debent eſſe exterſa:atq; radiantia.Ad officium tribuni militum pertinet: & ſollicitudinem:auctore Vegetio:ut miles ueſte nitidus.Armis bene munitus ac fulgens exercitationis uſu & diſciplina eruditus incedat . item præcipit eligendum centurionem:qui contubernales ſuos ad armorum exercitium cogat : ut bene ueſtiti & calciati ſint:ut arma omnium defricentur:ac ſplendeant. & extat epiſtola Aureliani imperatoris ad tribunum ſcripta:qua præcipit ut arma terſa ſint:& profecto laus eſt imperatoris miles cultus.& micantibus armis inſtructus . Laudant ſcriptores cæſarem dictatorem:q; haberet milites tā cultos: ut auro & argento politis armis ornaret.ſimul & ad ſpeciē & quo tenaciores eorum in prælio eſſent metu dāni . Lampridius quoque refert Alexandrum . Romanum imperatorem ſibi feciſſe argyroa

Chryſoa ſpides. — ſpidas & chryſoaſpidas milites cū clipeis argentatis & auratis:exemplo Alexandri macedonis : quem tradunt ſcutis militum argenteas laminas : equis frenos aureos addidiſſe.loricas quoq; alias auro alias argento adornaſſe. LANceam longiſſimo haſtili.cum Lucianus hunc in macedonia militem fuiſſe deſcribat . intelligimus

Satiſſa. — ſariſſam ſignificari . & eni ſariſſa ut docet helianus in tacticis Lancea eſt:qua utitur phalanx macedonica. longitudine .xiiii. cubito-

Sariſſophori. — rum:quorum duo manus continent reliqua.xii.prominent:inde ſariſſophori noſtris ſcriptoribus dicti:qui ſariſſas geſtāt. SEdulo.Inſtanter diligēter. Ciuitatulā græce πολιχνιον dicit ex ὑποκο-

Decurio. — ρισ μα τοσ.ideſt diminutiui formula. DEcurionis.Modo decurionem accipe pro turmæ equitū præfecto.poteſt etiam accipi.pro ſenatore municipali:& enim ſenator in municipiis dicitur decurio: ut ſuo loco copioſius ē annotatum:eſt autem decurionis militaris officium conto ſcienter uti: & tur

Ducatus — males ſuos:ideſt equites ſub cura ſua poſitos erudire ad oīa quæ equeſtris pugna depoſcit. DVcatū ſuſtinebat.præfecturam gerebat ducatus dicit̃ præfectura ſiue ꝓpoſitura & iperiū militare a duce:ut principatus a principe.tribunatus a tribono.in Aureliano inquit flauius uopiſcus.habuit multos ducatus multos tribunatus.apud Suetoniū ferebat̃ ducatus & iperia ludere:uidet̃ āt ſignare chiliarchū ſic enim græco uocabulo noiatur tribunus militū:qui præeſt mille militibus.ex diſciplina romanæ

Chiliarchus. — militiæ:ut docet Ioſephus in tertio belli iudaici.milites ad centuriones.illi ad chiliarchos conueniūt ſalutatum:cū quibus a ſummū oium ducē uniuerſi ordinū principes:ille autē his ex more dat præcepta perficienda ſubiectis. DEſignatū facinus.Praue & perperam factum deſignare eſt rem nouam

Deſignare. — facere in utrāq; partē.& bonā & malā.praue & recte facta deſignata apud ueteres dicebant̃: hic in malam partē ponitur.Deſignatores dicti:qui ludis funebribus præſunt.ob eā cauſam ut credit Dōatus.

Deſignatores. — q; ipſis ludis multa fiant noua & ſpectanda. Terentius in adelphis:mō qui deſignauit. DOminus ædium.Decurio ſignificat̃. IVuenē probe litteratum.idolon & ſimulachꝝ huiuſce iuuēis probiſſi

Laus bartholomei. Blāchini — mi quem Lucius noſter hoc in loco deſcribit.eſt Bartholomeus Blanchinus municeps meus : q Nobili genere natus:bonis moribus ornatus litteris litteratis excultus.auditor meus.mihiq; ſumma beniuolentia copulatus effingit ac repreſentat iuuenē ex omni parte laudabilē.Dotibus animi accedunt bona corporis:atq; fortunæ.Diligit doctos.& me imprimis. cōtubernio proboꝝ artificiū lætat̃:maximeq; pictoꝝ:habet domi ueluti in larario nomiſmata ex auro & argento cōpluſcula:quibus minutæ magnoꝝ uiroꝝ facies expſſæ cōſpiciunt̃:ociū & quietē litterariā cōprimis probat:& ſectat̃ modeſtia & probitate præcipuus uiuit in celibatu:quāuis eū geneꝝ optēt ſummates.Prorſuſq; huic Apuleiano iuueni cetera ſimillimus:niſi quod nec patrē habet.nec Nouercā domi.& melioribus annis natus:fortunatius degit nec inſidias nouercales pertimeſcit.quibus obnoxius fuit hic:quem Lucius noſter perſcribit dilectū eē a nouerca:amore iceſto:& infādo. CONſequēter modeſtia ꝑcipuū . Pietas

Humanitas. Pedia. — modeſtia humāitas ſūt ſeqlæ & comites litteraꝝ:litteræ bonos mores & uirtutes oīs policitas edocēt humanitatē ueteres appellauerūt.id ꝑpe modū qd græci παιδείαν noſtri eruditionē inſtitutionēq; in bonas artes dicūt:quas qui ſinceriter appetunt:hi ſunt uel maxie humaniſſimi.e contrario ἄμουσοσ ideſt ſine muſis & litteris apud græcos dictus pro inelegante & ruſtico atque impolito.

MAtrimoniũ reparauerat. Secundã uxorẽ dixerat: Digamiãq; celebrauerat. ſicut ĩprobe neptunũ accuſat q iterũ naufragiũ facit. ita q ſecũdis pedicis cõiugalibus ĩplicat: iniq; uitã uxoriã ſtatũq; maritoꝶ criminat: ſemel ducẽda uel ſapiẽdi uxor eſt: ut politice & ciuiliter uiuere uideat. ſed ſi digamus hoc ẽ bimaritus eẽ appetit: & digamiæ munera decãtat: uecors ẽ. Nã pria uxor aut bõa fuit aut mala ſi bona nõ ẽ ſecũda uxor ducẽda: q̃ primæ cõſimilis eẽ nõ poterit. quinimo timẽdũ: ne ĩ locũ bõæ peſſima ſuccedat: cũ ꝓba ſit rara auis ĩ terris nigroq; ſimillima cygno: ſi uero mala. tãto mĩus ẽ ducẽda.

Digamia

digamus

matrimoniũ ſibi reparauerat: ductaq; alia filiũ ꝓcreauerat aliũ: qui iã duodecimũ ætatis annũ ſupgeſſerat. Sed nouerca: forma magis: q̃ moribus in domo mariti præpollẽs: ſeu naturaliter ĩpudica: ſeu fato ad extremũ ĩpulſa flagitiũ: oculos ad priuignum adiecit. Iã ergo lector optime: ſcito te tragœdiam nõ fabulam: legere: & a ſocco ad cothurnum aſcendere. Sed mulier illa: q̃diu primis elemẽtis cupido paruulus nutriebat: ĩbecillis adhuc eius uiribus: facile ruborẽ tenuẽ deprimẽs: ſilẽtio reſiſtebat. At ubi cõpletis igne ueſano totis præcordiis ĩmodice bacchatus amor exeſtuebat. ſeuiẽti deo iã ſuccubuit: ac lãgore ſimulato uulnus aĩ mentit in corporis ualitudine: Iã cætera ſalutis uultuſq; detrimẽte: & ægris: & amãtibus examuſſim cõuẽire: nẽo q neſciat.

Cũ ĩprobitas priæ poterit ac debuerit oſorẽ te facere ac faſtidioſum totius fœmĩeæ natiõis: ſicut ẽt euripides mulieres fere oĩs maiorẽ in modũ exoſus fuiſſe dr q simul duas uxores habuerit: q̃rũ matrimonii ptedebat. Quod aũt digamia monogamia deterios ſit hinc liquet q digamus inter leges eligi nõ põt: hieronymus tamẽ inqt nõ dãno digamos: imo nec trigamos: & ſi dici poteſt octogamos.

euripides oſor mulierum.

Nõ damno octogamos.

SEV fato ĩpulſa. Plerique oẽs in culpa: & maleficio reuicti pfugiũt ad fati neceſſitatẽ tanq̃ in aliquod aſyllũ. & quæ peſſime fecerunt. ea nõ ſuæ temeritati. ſed fato eſſe attribuenda dicũt. Apud maternũ geniture explicãtur q̃ maleuola ſtellaꝶ radiatione faciunt nouercas amore priuignoꝶ ĩ fando ĩplicari. OCVlos ad priuignũ adiecit. Naturali & quaſi genuino odio nouercæ priuignos pſequunt hinc uerbũ elegãs nouercari ꝓ eo qđ ẽ agere more nouercaꝶ: malignoſ. & inimicicter. Hĩr Oratius in epodo: qd ut nouerca me ĩtueris. Plinius noſter naturã homini nouercã triſtẽ eẽ cẽſet: Ergo igit cũ nouercæ priuignos naturaliter oderint: cũ nouercalia odia ſint famigerata. hæc priuigni amore capta eſt. hæc ardere cœpit in libidines. ceſtas. cũ talis amor ſit oĩ odio deteſtabilior: execratiorq;: melius eſt. n. odiſſe priuignũ: q̃ turpiter amare. TRAgœdiã legere. In tragœdiis plerũq; amores inceſti infandiq; explicant. tragœdiæ narrãt queadmodũ phedra amore fœdiſſimo priuignũ hippolytũ deperibat. Deniq; tragœdiaꝶ argumẽta ſunt nefandæ nouercaꝶ priuignorũq; amationes: ideoq; euripides petẽte Archelao rege ut de ſe tragœdiã ſcriberet. abnuit ac ꝑcatus ẽ ne accideret archelao aliqd tragœdiæ propriũ: oſtẽdens nihil aliud eſſe tragœdiã q̃ miſeriaꝶ cõprenſionẽ: q̃ ut græci diffiniũt ẽ. λειρῶν περιοχή. i. rerum triſtium. cõprẽſio cum comœdia ſit ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. i. priuataꝶ ciuiliũq; reꝶ ſine piculo uitæ cõprẽſio. pterea ĩ tragœdia fugienda uita. ĩ comœdia capeſſenda exprimit. ꝑ ſoccos aũt materia comica ꝑ cothurnos tragica ſignificat: cũ ſoccus ſit calciamẽtũ comœdoꝶ hiſtrionũ: coturnus uero tragœdoꝶ: qđ ex uerſu oratião ſat notũ eſt. hũc ſocci cœpe pedẽ grãdeſq; cothurni: illud adde ſcitu dignũ. q cũ cothurnus ſit calciatus utriq; pedi aptus Atheniẽſes hĩr theramenẽ cothurnũ cognoĩarunt: tanq̃ mõ haꝶ: mõ illaꝶ partiũ ſectatorẽ: puerbiũ quoq; apud græcos celebrat. εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. de his qui mobiles ſunt & aſſidue ĩmutant. a ſocco ad cothurnũ: expone ẽ leuioribus ad grauiora: a iocoſis ad triſtiora: a licitis ad illicita: a rebus comicis a tragicas. & eni Tragœdiæ ꝓprium eſt amor ĩfandus atq; triſticia. ASCENdere. ſignate locutus ſtilus eni comicus humilis ẽ & materia. Tragicus uero caracter ſublimis: ſicut & argumẽtũ. inde cothurnati dicti grãdiloq & inſtar aqlaꝶ ꝑ ſublimia uolitantes. SILENtio reſiſtebat. Silẽter diſſimulabat. BACCHAtus amor. Seneca labit totas furor in medullas. Igne furtiuo populãte uenas. SEVIENti deo. Cupidini qui ĩpotẽs flãmis & ſimul & ſagittis regnat ĩ orbe: cuius ſpiculis ſuccũbũt mortales ĩmortaleſq;. qui ſuperos ipſumq; iouẽ. q numina ponti terrarũq; domat. CVPIdo paruulus. Tulliana ſententia eſt. malum naſcens facile opprimitur ĩueteratum ſit plerũq; robuſtius. MENtit in corporis ualitudine. ſimulat ſe langore corporis affectã. cum animi egritudine tabeſcat. ſic olim antiochus amore nouercæ ſtratonices captus. cum cupidini ſeuienti ſuccubuiſſet: nec ullum remedium tanto malo reperiret ſimulans ſe corporis morbo cõflictari in lecto decubuit: qui mox opera & aſtu Eraſiſtrati medici reualuit factus uoti cõpos. EXamuſſim. Exnimate optime ad unguẽ regulariter. Plautus ut hãc rem uobis examuſſim diſputẽ: Aduerbium eſt: amuſſis enim regula fabroꝶ eſt: qua architecti opus ꝓbabant: uel ut alii uolũt ferramẽtũ quo in poliẽdo utunt. inde amuſſitata ĩdoles Plauto ꝓ examinata atq; pfecta. ſic eni ſcribit in milite in hoc muſſitata ſua ſibi ingenua indoles. & ita hũc locũ plauti legendũ eſſe docet Nonius mar-

Nouercari.

Tragœdia rompreñſio miſeriaꝶ.

Soccus Cothurnus.

Cothurnati.

antiochus captus amore nouercæ

Examuſſim.

Amuſſis amuſſitata.

G

cellus cū in plautinis codicibus paſſim legatur.emuſſitata:quā tamē lectionē ut probá emaculatáq;
Emuſſi/ tueri poſſumus auctoritate Feſti Pōpei.qui ſcribit emuſſitata dici ad amuſſim facta:& ne qs audeat
tata. id uelle cōuellere & calumniari:traditur hoc a Feſto in dictionibus a littera:e incipiētibus.Au.Gelli/
Pallor us in primo iudiciū factū ad amuſſim diceres. PALlor deformis.Egroti & amátis ſigna cōmunia.
amantis ná q amat:& qui ægrotat.pallore deformat.De ægroto.notiſſimū Virgilianū illud. cōtinuo ē ægris
& ægri. alius color horrida uultū deformat macies.De amante illud Oratianū.& tinctus uiola pallor Amá/

pallor deformis.marcētes oculi.laſſa gēua.quies tur/ bida:& ſuſpiritus cruciatus.tarditate uehemētior.cre/ deres:& illā fluctuare tātū uapore febriū.niſi quod & flebat.Heu medicorum ignaré mentes.quid uenæ pulſus quid caloris intemperantia.quid fatigatus anhelitus & utriq; ſecus iactate crebiter laterū mutuæ uiciſſitu/ dines.Dii boni q̄ facilis licet nō artifici medico:cui uis tamen docto ueneriæ cupidinis comprenſio:cum ui/ deas aliquem ſine corporis calore flagrātem.Ergo igi tur impatientia furoris alterius agitata:diutinum ru/ pit ſilentium:& aduocari præcipit filiū:quod nomen in eo ipſo:ne ruboris admoneretur:libenter craderet. Nec adoleſcens ægre parentis moratus imperium:ſe nili triſticie ſtriatam gerēs frontem:cubiculum petit

tiū:ex p̄cepto quoq; naſonis:pal/
leat oīs amans color hic eſt aptus
amáti. LASSA genua.Labant
genua.in egroto.labant & in ama
tore qui uidens amicā.& mēte &
genibus tremit.iuxta illud Teren
tianum.totus parmenotrēo hor/
reoq;:poſt q̄ aſpexi hanc aiūt phy
ſici.ex nimio ardore effectū frigo
Ex calore ris reddi:ut ex frigore nimio effe/
horror. ctus ignis exiſtit:natura enī ma/
gni caloris horrorē incutit:ut ni/
miæ febres. QVIes turbida.
Quis neſcit turbidá īquietáq; qe/
tē eſſe infirmis:q iſomnioſi ſunt:
qui diris uiſionibus agitant:hinc
Oratius uelut egri ſomnia uanæ
fingunt ſpecies.In eādē ſniam eſt
illud perſianū.ægroti ueteris me/
ditantes ſomnia:Idem quoq; eſt
amoris affectus.Amator enī iſtar
Achillis homerici:expertus loquor:nunc p̄nus in faciē.nūc ſupinus cubat.toto lecto uerſat corpus:
Notæ dum ſomnū oculis capere nō pōt:cuius tumultuoſa per torum iactatio eſt:& inges nocturna. SVſpi
amoris. ritus uehemētior.Suſpiratus ſiue ſuſpirium.Plutarchus ſapho cæteri amatoribus aſſignant defectū
uocis:luborē uultus:mox pallorē.intuitū oculorum incōtinentē:ſudores acutos motū uenæ incredi/
bilē:& crebra ſuſpiria.Oratius quoq; ſignare uolēs amoris indiciū ſic inqt in epodo. Amantē lágor
& ſilentiū arguit.& latere potitus imo ſpiritus. FLVctuare ardore febriū.ſi uidiſſes fœminá hoc
pacto láguentē:crediſſes eá ardentibus febribus torq̄ri.ſed cū fleret ſignū erat cupidineæ flámæ:q̄
uitalia intriſecus torrebant:ná ut ait ſpecioſiſſime poeta.eſt mollis flāma medullas interea & tacitū
uiuit ſub pectore uulnus.apud Ouidiū inquit biblis amore tabeſcens.eſſe quidē leſi poterat tibi pe/
ctoris īdex.& color & macies.& uultus & humida ſæpe lumina.nec cā ſuſpiria mota parēti. HEV
medicorum.Imitatio maroniana.Heu uatū ignaræ mentes quid uota furentē.quid delubra iuuát. me
dicos damnat inſcitiæ:qui parum ſolerter parūq; curioſe diſpicerēt.quid.pulſus.quid creber anhelitus
quid calor īmodicus.in fœmina ſignificarent.nec enī hæc morbi erāt.ſed ardentiſſimi amoris indi/
cia.Quod uel mediocriter erudito medico cōprendere fas erat. LATErum uiciſſitudines.Modo
in dextrum.modo in ſiniſtrum latus iactatio.ſic achilles homericus ex deſiderio patrocli.nūc in la/
Supini tus.nunc reſupinus.nunc pronus.nunc rectus uolutatur.Supini cubitus.ut iquit.Plinius noſter ocu
cubitus. lis conducunt:at proni tuſſibus.In latera aduerſus diſtillationes.Theophraſtus tradit celerius cōco/
Dextri la qui dextri lateris incubitu difficilius in ſupinis. SINE corporis calore flagrante.Vbi homo flagrā
teris incu ter æſtuat citra corporis calorē.& febrem nimiam ille ob amorem animo ardet:non corpore febrici/
bitus. tat.Talis enim flagrantia non corpus ſed animū populatur:quæ cognitio comprenſioq; uel medio/
cri medico facilis eſt. ALTERIVS agitata.Lego altius uel alternis agitata. FILIVM.Priuignū
intelligit.quem nouerca deperibat. NOMEN.Scilicet filii.nec enim uoluiſſet amorabūda fœmi/
na filiū eſſe & dici:quē ipſa efflictim deperibat:qa talis amor infandus inceſtificus.execrabilis eſt.cō/
ſimiliter apud Ouidium biblis caunum fratrem.deamans nomen ſororis eradit ex epiſtola.ſcripta
Duo no/ ſoror fuerat uiſum eſt delere ſororem.Vnicuiq;:ut alibi quoq; dictum eſt duo ſunt nomina unum
mina p̄/ proprium alterum naturæ & ſanguinis.quo ſe debent appellare coniunctæ perſonæ.ut eſt nomen
prium & matris & filii nouercæ & priuigni.Nunc ergo amorabunda nouerca libenter eraderet hoc naturale
naturale. nomen:ne aut filium aut priuignum nominare cogeretur:quæ nuncupatio in re obſcena.ſine rubo
Striata re eſſe non poteſt. PARENTIS.Nouercæ quæ parentis:hoc eſt matris loco eſſe priuigno debet.
frons. & priuignus nouercæ perinde ac parenti obſequi debet. STRIATAM frontem.Rugoſam con/
caperata. tractam ſubductam qualis ex triſticia eſſe ſolet:quæ & caperata frons dicitur.& decenter dixit Plau/
Striatæ tus.quid huic homini frons caperat ſeueritudine. ſtriæ ſunt canaliculæ in columnis & caua.unde
colūnæ. columnæ ſtriatæ dictæ.Talibus fulciuntur edes Bentiuolorum magnificentiſſimæ.quidam ſtrias

non ipſos canaliculos dici interpretantur:ſed prominentias.& extuberationes inter caua & canalicu
las columnarum.Victruuius in quarto columnas lquit ſtriari uiginti ſtriis oportet. Idem ſtriaturā ſtriatura.
appellat deſcriptionem ſtriatarum columnarum.Igitur tranſlatione uenuſtiſſima ſtriatam frōtem
poſuit Lucius noſter pro triſtiſſima & caperata in qua rugæ aſpiciantur inſtar ſtriarum:quas in co-
lumnis efficimus.rugarum enim & ſtriarum reciproca tranſlatio eſt.Idē Victruuius trunco inquit
toto.ſtrias uti ſtoiarum rugas matronali more demiſerunt.Craſſitudines ſtriarum eodem auctore

uxoris patris:matriſque fratris utcunque debitum ſi-
ſtens obſequium.Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſime
fatigata: & in quodam uado dubitationis herens: om
ne uerbum quod præſenti ſermoni putabat aptiſſimū
rurſum improbans:nutante etiam nunc pudore : un-
de potiſſimum caperet exordium:decontatur.At iuue
nis nihil etiam tunc ſecius ſuſpicatus : ſummiſſo uul-
tu rogat ultro præſentis cauſam egritudinis. Tunc il-
la nacta ſolitudinis damnoſam occaſionem:prorum-
pit in audatiam: & ubertim ad lachrymas: laciniaque
contegens faciem:uoce trepida:ſic eū breuiter affatur.
c Auſa oīs & origo preſentis doloris:& etiā mede
la ipſa:& ſalus unica mihi tute ipſe es. Iſti enim
tui oculi p meos oculos ad itima delapſi præcor
dia meis medullis acerrimū cōmouent incendiū: ergo
miſerere tua cauſa pereūtis:nec te religio patris omni-
no deterreat:cui moriturā prorſus ſeruabis uxorē : il-
lius enim recognoſcēs imaginem mutua facie merito
te diligo:habes ſolitudinis plenam fiduciam:habes ca
pax neceſſarii facinoris otium . nā quod nemo nouit:

faciendæ ſunt.quantū adiectio in
media columna ex deſcriptione
inuenietur:ſtrigæ uero aliud lon Striga.
ge ſignificant. nam ut grāmatici
docent appellanť ordines rerum
inter ſe iunctim collocatarū a ſtri
gendo dictæ.Columella in ſecun
do de fœno loquens ſic refert.tūc
demū conuertemus & utrūq; ſic-
catum coartabimus in ſtrigā.atq;
ita manipulos uiciemus. VXO
ris patris.Nouercam ſignat: quæ
uxor erat patris.& filium pcrea-
uerat aliū.qui ex patre iſtius ado-
leſcētis frater erat. VTRVNq;.
Nitidior lectio eſt utcūq;. SI-
STENS obſequiū . Ideſt ſe obſe-
quioſum exhibens.uerbum iuris
eſt ſiſtere uadimoniū ſiſtere reū
quod ad alia quoq; transferť.Oui
dius ſiſtitur ante aras.A. Gellius
docet ab hoc uerbo ſiſto ſtiti in p Siſto.
terito dici non ſteti.a.M. Catone
recte ſcriptum eſſe uadimoniū ſti
tiſſet quod audaces emendatores
e ſcripto ſtetiſſes corruperūt. IN In uado
VAdo dubitationis.Incerta ac flu ſalutis.
ctuabunda ſicut cymba in uado
periclitať:contra dixit Plautus p
uerbialiter.in uado ſalutis res eſt. VNVM.Legendum eſt unde.exprimitur amantis affectus.quæ
unde exordiatur cum priuigno alloquium neſcit:quæ incipit effari mediaq; in uoce reſiſtit. DE-
contatur.Valde cuntať:& heſitat:ſic biblis apud Ouidium incipit & dubitat ſcribit damnatq; tabel-
las.& notat & delet mutat culpatq; probatq;. SVMmiſſo uulto.Hoc in laudem pudibundi iuue-
nis dictum eſt.qui uultu demiſſo.ac uerecundo quærit de matre cauſam ægritudinis. NActa.Nā
citor diciť apud ueteres pronactuſerit. OCcaſionē ſolitudinis.Solitudo ſæpe nobis magna mala
ſuadet.ut inquit Seneca.& cogitationes diras ſuggerit ex cuius occaſione nunc nouerca fit.audax ap
priuignū.& amorē infandū tetrūq; confitetur ac detegit. VBERtim.Large & abundanter. LA Vbertim
Cinia.Præ pudore cooperuit faciem.ut liberius amorē impudicum ſceleſtumq; profiteretur. Apud
Platonem ſocrates operit pallio caput orationem quandam parũ pudicam habiturus . Apud Gelliū
Iulianus rethor capite conuelato canit uerſus poeticos amaſios ac uenerios. ET medela ipſa. Huic
ſententiæ quadrat illud Ouidianū tu ſeruare potes.tu perdere ſolus amantem. TVI oculi p meos
oculos.Amor ut philoſophi tradunt & meminit Plato deſiderii eſt fruendæ pulchritudinis fruitur
autē amator re amata p oculos.Vnde merito oculus cauſa & origo eſt amoris ut muſeo placet. ocu- Oculus
lus radioſ aculeos in contuētis e regione oculos iaculatur:hinc uirulētus aculeus tranſuerberat ocu fons
los.& hominis percuſſi præcordia corq; conuulnerat:Quintilianus in ea declamatione:quæ inſcri- amoris.
bitur cecus in limine.oculi inquit ſunt tota noſtra luxuria.hi nos in omnia quotidie uitia præcipi-
tant mirantur adamant concupiſcunt. PEReuntis.Scilicet mei Ouidius miſerere fatentis amorē
& non faſſuræ niſi cogeret ultimus ardor. ILLIVS imaginem.Filius imago patris eſt: quem non
tam facie q̄ moribus repreſentat:phedra apud Senecam ſic īquit ad Hippolitū: hippolite ſic eſt The
ſei uultus amo.& mox paulo.Talis en talis fuit cum placuit hoſti.ſic tulit Celſum caput.in te magis
refulget incomptus decor & genitor in te toruus. HABEre.Corrige habes. Sollitudinis fiduciā:
Solitudo ut ante diximus multa mala nobis ſuadet:& locus ab omni arbitro liber fiduciam dat pa- Neceſſa-
trandi ſceleris. NEceſſarii facinoris.Facinus neceſſarium uocat.quod eum neceſſaria perſona cō- rium fa
mittitur.& neceſſitudinis uinculo copulata.qualis eſt inter nouercam priuignumq; coniunctio. cinus.

pene nõ fit. Repẽtino malo perturbatus adoleſcẽs: q̃q̃ tale facinus protinus exhorruiſſet: nõ tamen negatiõis intẽpeſtiua ſeueritate putauit exaſperãdã: ſed caute ꝓ miſſionis dilatione leuiendã: Ergo ꝓlyxe pollicet᷑. ut & bonũ caperet aĩum: refectioniq; ſe: ac ſaluti reddere͞t: ĩpendio ſuadet donec patris aliqua ꝓfectione. liberũ uoluptati concedere͞t ſpatiũ: ſtatimq; ſe refert a noxio cõſpectu nouercæ. Et magnã domus cladẽ ratus ĩdigere magno & ampliore cõſilio: ad quẽdã cõptæ grauitatis educatorẽ ſenem ꝓtinus refert nec quicq̃: diutina deliberatione: tã ſalubre uiſum: q̃ fuga celeri ꝓcellam fortũæ ſeuientis euadere. Sed ĩpatiens uel exiguæ dilationis mulier: ficta q̃ libet cã: confeſtim marito miris ꝑſuadet artibus ad lõgiſſime diſſitas feſtinare uillulas: quo facto: maturatæ ſpei ueſania præceps: ꝓmiſſe libidinis flagitat uadimoniũ. Sed iuuenis mõ iſtd: modo illud cauſæ faciens: execrabilẽ fruſtat᷑ eius aſpectũ quoad illa nuntiorũ uarietate: pollicitationẽ ſibi denegatam manifeſto proſpiciens: mobilitate lubrica: nefarium amorem ad longe deterius tranſtuliſſet odium: & aſſumpto ſtati nequiſſimo & ad omne facinus

PENE nõ fit. Sentẽtialiter hoc dictũ eſt. tanq̃ ꝓ ĩfectis habẽda ſint: q̃ facta eſſe nemo cognouerit.
Olī Claudius ĩperator iuuenẽ adulteriis famoſum monuit. ut cautius ĩdulgeret uoluptati uenereæ.
tanq̃ nõ fiat qđ latet. Philoſophus quoq; noĩe ꝑegrinus exiſtimabat hoĩes tũc peccare ꝓcliuius cũ latere poſſe id peccatũ putarẽt: ĩpunitatẽq; ex ea latebra ſparẽt. Viꝝ uero ſapiẽtẽ nõ peccaturũ eẽ dicebat ẽt ſi peccaſſe eũ dii arq; hoĩes ignoraturi forẽt: nõ eni pœnæ aut ĩfamiæ metu nõ eẽ peccãdũ: ſed iuſti honeſtiq; ſtudio & officio. PER turbatus. Apud Senecã ĩpudica nouercæ cõpellatiõe ꝑturbatus Hippolytus. ſic exclamat. Magne regnator deũ tã lentus audis ſcelera tã lẽtus uides. hic uero neque clamoſus neq; iurgioſus ĩducit᷑ ſed cõſultus & prudẽs. q promiſſione leniendã magis fœminã cẽſuit q̃ negatiõe exaſperandã.
INtẽpeſtiua. Pitacus ex ſeptẽ ſapiẽtibus unus dicere ſolebat γνῶθι καιρὸν. i. noſce tẽpeſtiuitatẽ: intelligi uolẽs in rebus oĩbus obeũdis nihil eẽ cõducibilius meliuſq; tẽpeſtiua oportunitate: e cõtrario nihil peius intẽpeſtiuitate. Sup q̃
Heptalogus Phil. Beroaldi relatiſſime pſcripſimus in heptalogo: ſic ſeueritas quæ alioq inter uirtutes numerat᷑ in uitii nomen trãſibit ſi fuerit ĩtẽpeſtiua. neq; ca ta καιρὸν. i. ex oportunitate adhibita. Vnde laudãdus hic iuuẽis q negare ſeueriter noluit: ne p intẽpeſtiuã ſeueritatẽ. fœmina magis
Prolyxæ res. ac magis exaſperaret᷑. PROLYXE. Benigne large liberaliter. M. Cato res prolyxas dicit quas aliis quoq; uocabulis ſecũdas & ꝓſperas appellat.
Impẽdio ualde. IMpendio ſuadet. Valde: uehemẽter hortat᷑. REfert. Retrahit abducitq;. AD educatorẽ refert. Idest cõſulit nutriciũ ſenẽ. & quæ ſit ſup re tãta illius exquirit ſniam. q cum ſenex eẽt merito multaꝝ reꝝ cõſultiſſimus gnauiſſimuſq; uideri poterat cũ ætate ſapiẽtia adipiſcat᷑. In ſenibus prudẽtia eſt. atq; conſiliũ. &
In ſenibus prudentia. ut inqt Plautus in trinũmo. Sapiẽtiæ ætas cõdimẽtũ eſt. Sapiẽs ætati cibus eſt. Senibus ut auctor eſt Quĩtilianus auctoritas maior eſt q plura noſce & uidiſſe credunt᷑. qđ & Homerus frequẽtiſſime teſtat᷑. & ut elegãter ſcribit. M. Tullius in Catone temeritas eſt ſcilicet floreſcẽtis ætatis prudẽtia ſeneƈtutis. In ſenibus conſiliũ ratio ſententia eſt: quæ niſi forent nõ ſummũ conſiliũ maiores noſtri ſenatũ appellaſſent: ꝓinde probandus eſt adoleſcens qui conſiliariũ ſenem educatorem adhibuit: qui ex conſilio ſenioris atq; ſententia ſaluberrima decreuit ſubducere ſe ſe nouercalibus blandiciis. & fuga euadere hanc quaſi procellam ex fluctibus cupidineis impendentem. IMPAtiens mulier. Omnis
Amans properat omnia. mora amãtem torquet. omnis cunctatio tormentum eſt: & ut inquit Plautus in penulo. Amans qcquid agit properat omnia: amanti nihil ſatis feſtinatur. DISSItas. Lõge remotas diſtanteſq; ab urbe. Antiqui improbarunt uillas & ꝓ̃dia longe ab urbe diſtantia. hinc Pomponius inquit longe ab urbe uillicari. quo herus rarenter uenit. non uillicari ſed dominari mea eſt ſententia. Columella quoq; cenſet in propinquo agrum mercari: quo & frequenter dominus ueniat: & frequentius ſe uẽturum
archetypo homerico mutuatus eſt Virgilius in. quarto æneidos. MALVM inauratum. Docet Pli/
nius in. xxxiii. Chryſocollam in uſu eſſe aurificū auro agglutinādo. unde & nomē accepit: cū æra in
Bracteæ. aurātur ſublinitur argentū uiuū: quia bracteas pertinaciſſime retinet: uerū pallore detegit ſi ſimpli/
ces aut ptenues bracteæ ſint ſic aūt appellantur folia auri. nā nullū aliud metallum laxius dilatat aut
numeroſius diuiditur: ut pote cuius unciæ i ſeptuagenas & quinquagenas pluresq; bracteas quater/
nūq; utrinq; digitorū diſpergant. Craſſiores bracteæ pneſtinæ uocātur; inde bracteatū dictū pro ele/
Bractea/ ganti & aureo ponitur. inde & bracteatii inauratores elegāter appellātur: ſcribit Iulius Firmicus qui
tum. cunq; habuerit hoſcopū in. xvii. parte ſcorpii erit aurifex. inaurator bractearius. eoſdē alibi bractea/
Bractea tores appellat: ex eodē genere ſunt & qui emplaſtatores noiantur ab emplaſtro. ſ. glutinadi. Quæ
rii. mandaret Iuppiter. Apud lucianū i iudicio paridis ait Mercurius ad paridem. σὲ ὦ πάρι κελεύει ὁ Ζεὺς
Bractea ἐπειδὴ καλὸς τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά, δικάσαι ταῖς θεαῖς. i. o pari iubet te Iup/
tores. piter cū pulcher ſis: & amatoria calleas iudicare inter deas de formoſitate: ait fulgētius ideo Iouē no/
Empla luiſſe iudicare. idq; iudicium ad hoīem delegaſſe. ut in libertate arbitrii cōſtitutus homo uiderer: cui
ſtrarores optio eſſet eligēdi quā uellet: ex tribus uiuēdi cōditionē ſiue cōtemplatiuā ſiue actiuā ſiue uoluptariā.
CITVle. Velociter perniciter. FACESSIT. Abiit. STRINgebat Diadema candida. Attende
inuſitatā declinationē priſcis tamē uſitatā: ut Diadema fœminino genere: ex formula primi ordinis
Hæc dia/ uſurpetur hæc diadema Diademæ. Antiquiſſimi eni teſte priſciano talia ſecūdū primā declinationē
dema. protulerunt & generis fœminini ut Plautus in Amphitryone. Cum ſeruili ſchema proſchemate: ut
Valerius in phormione: Quid hic cū tragicis uerſibus & ſyrma facis: pro ſyrmate. Cōſimiliter Pōpo
nius in ſatyra. Cuiuſuis leporis liber Diademā dedit pro Diademæ. cæterū paſſim hoc diadema dia/
dematis declinatur: ex ritu græcorū: q dicūt: τὸ διάδημα τοῦ διαδήματος. & ut ſcribit ſuidas. διάδημα ἐστὶ
τὸ βασιλικὸν ἐνδυμα. i. Diadema eſt regiū indumentū ſiue corona: dicitur autē diadema a uerbo
græco διαδῶ. hoc eſt circūligo. eſt eni faſcia cādida q̃ capiti regis ſiue reginæ circūligatur. hoc regiū
inſigne primus inuenit liber pater Plinio teſte: plura ſup diademate annotaui i primo Suetonii con/
mentario: hinc diadematus dicitur diademate coronatus uitratuſq;: quo cognomine unus in gente
diadema metellorū inſignitus eſt quē Diadematū uocāt. ad hoc uiri docti illud Plinianū ex ſeptimo referunt
tus. & hoc dicebat iam balearicis & creticis diadematis: iam Macedonicus ipſe. ego uero enarrās Plinium

aſſerui diis hominibuſq; fauentibus legendum eſſe dalmaticis: ut ſit ſenſus Plinianus illuſtris ſane Locus
& hiſtoricus. Metellus Macedonicus dicebat filiis: ut celebrarent exequias ſcipionis: & quibus filiis? Plinii.
nimirum glorioſis: quoq; unus balearicus: alius Creticus. Tertius dalmaticus cognominabantur: co
gnominibus merito partis. cum baleares cretam dalmatiam ſinguli deuiciſſent: & quia cōſtat de ba/
leario & cretico. ambigitur autem de dalmatico: audi quaeſo quid ſcribat Pedianus aſconius. Aedē
caſtoris de manibus Lucius metellus etruxit: qui metellus ſubactis dalmatis dalmaticus appellatus
eſt: in epitome quoq; liuiana li/
bro. lxii. ſcriptū legimus: Lucius
cecilius metellus dalmatas obſe/
dit. Iuno autem ut ad fabulam
redeamus. Iouis ſoror & cōiunx
cum regina cœlicolarum ſit me/
rito diademata figuratur: & ſce/
ptrum ferens. mythologi Iuno/ Iuno dia
nem actiuae uitae praepoſuerunt: dema a.
quae a Iuuando dicta eſt. ideo re/ Sceptige
gnis praeeſſe dicitur q; haec uita ra.
diuitiis tantū ſtudeat: ideo etiam
cum ſceptro pingitur. q; diuitiae
regnis ſint proximae. Eſt autē ſce
ptrum ut graeci dicūt βασιλικη
ραβδοσ. i. uirga regia & inſigne dominantis. σκηπτουχουσ καισκηπτοφορουσ. i. ſceptrigeros
reges appellant.

oleagina corona tegebatur ipſa galea: clipeū attollens: & haſtam quatiēs: & qualis illa cū pugnat. Super has introceſſit alia uiſendo decore prepollēs gratia coloris ambroſei deſignans uenerē: qualis fuit uenus: cū fuit uirgo: nudo & intecto corpore: perfectam formoſitatem profeſſa: niſi q; tenui pallio bombicino inumbrabat ſpectabilem pubem: quā quidem laciniam curioſulus uentus ſatis amanter: nunc laſciuiens reflabat: ut dimota: pateret flos aetatulae: nunc luxurias aſpirabat: ut adherens praeſſule: membrorū uoluptatem

OLEAgina corona. Merito & ſcitiſſime dixit corona oleae mineruā coronari: quo
niam eius arboris inuentrix fertur iuxta illud poeticū oleaeq; minerua inuentrix. Athenae ut Plinius
tradit. uictores olea coronant: Martianus capella oliuam ideo palladi conſecratam dicit: quod diſci/ oliua pal
plinae: quarum illa dea eſt lucrubationibus & oleo lucernarum perdiſcuntur: ſic enim inquit in hym ladis cur.
no: hinc nā uernicomae frondēt tibi munera oliuae ars & cura uigil per te quo diſcat oliuo. eidem da/
tur clypeus ſapientia q; regat orbem: armatam fingunt q; prudentia munita ſit: nam galeam cum cri
ſta dant. ut ſapientis cerebrū ſignificetur armatum & decorum. haſtam uibrat acutae cupidis ad acu/
men ingenii penetrabile demonſtrandum. caput meduſae ſaxificum geſtat in pectore q; ſtupidet ſa/ Meduſa
piens ſolertia uulgus. Illud cū primis notabile q; ex uertice patris natam tradunt ſine matris officio: ſaxifica.
ut indicio ſit in fœminis non eſſe conſilium neq; prudentiam. Martiani uerſus ille eſt memoratu di
gnus. hinc de patre ferunt ſine matris fœdere. natam prouida conſilium quod neſcit curia matrum:
In huius etiam tutela noctuam noctiuolam eē uolunt propterea q; ſapientia etiam in tenebris pro/ Noctua/
prium fulgorem poſſideat: & q; uigil inſomnes ducat ſolertia curas. graeco uocabulo tritogenia ap/ ſub palla
pellatur: quoniam ex prudentia tria gignuntur bene cogitare: bene dicere: bene facere. Apud lacede dis tutela
monios celebratur Minerua cognomento chalciotis ſiue chalcioecus hoc eſt. χαλκιοικοσ ſic nū/ tritogēia
cupata: a templo aeneo. cuius Liuius probus Plutarchus Thucydides cōmeminere: de qua ſic ſcribit Chalcio/
Suidas χαλκιοικοσ η αθηνα εν σπαρτη η. οτι χαλκουν οικον ειχεν: η δια τουσ χαλκιδε/ tis.
ισ τουσ εξ ευβοιασ φυγαδασ αυτην κτισαι. i. chalcioechus Minerua ſpartae colitur uel quia ha/
bet templum aeneum. uel quia chalcidenſes exules ex euboia. id condiderunt. PRAEpollens. Val/
depollens potenſq;. NVDO & intecto corpore. praxiteles: qui marmoris gloria ſuperauit etiā ſe/ Vēus pra
met fuit uenerem nudam emerūt Gnidii. illo ſigno haud dubie nobilitati. cum multi ut uenerem xitelica.
praxitelicam uiderent: nauigauerint Gnidum. ferunt amore captum quendam cum delituiſſet no
ctu ſimulachro coheſiſſe: eiuſq; cupiditatis extare indicem maculam Venus ut interpretat. M. Tul/
lius ex eo dicta eſt: q; uenit ad omnia: quam nudam fingunt q; libidinis crimen unq̄ celatum ſit uel
q; nudis maxime cōueniat. graece dicitur αφροδιτη a ſpuma q; concitatio ipſa ſeminis ſpumoſa ſit:
& ut auctor eſt Ariſtoteles libro ſecundo de animalium generatione Deam quae rei ueneriae prae eſt
aphroditen nominauerunt: ob naturam ſpermatis. i. genitura ſpumoſam. INVMbrabat. Merito Gēitura
inumbrabat dixit cum tenuiſſimo uelamine non tam pubes tegeretur q̄ inumbraretur: De bomby ſpumoſa
ce. & ueſte bombycina aliubi ſatis multa. CVRIOſulus uentus. non inuenuſte refert uentū quo/
que ipſum quaſi amaſium ueſtis laciniam reflaſſe reieciſſeq;: ſuo ſpiritu a corpore ueneris: ut flos ille
expetitus omnibus eſſet in propatulo Dimota pallii bombycini lacinia. NVNC luxuriam aſpira/
bat. purior lectio luxurians aſpirabat. & eſt ſenſus modo uentus reflatu ſuo ueſtem dimouebat nu/
dabatq; ueneris genitalia: modo afflatu luxurianti exurberantique applicabat: adeo ut pallium illud
bombicinum adhereſceret corpori deae: & decēter obumbraret integeretq; domicilium uoluptatis
& eni uoluptas ſedem habet in membris genitalibus: & ut inquit Ouidius illo credi mihi gratia na/
ta loco eſt: ſcite aūt uenuſteq; dixit membrorū uoluptatem intelligi uolens genitalium: nam mem/ Membra
bat ut ſupra diximus genitalia ſignificantur: inde illud membroſior aequo: & illud in ſerio opere. cō
iugis infuſus gremio per membra ſoporem. in quo anneus coruntus mēbra accipit pro obſcenis.

graphice laciniaret. Ipſe auté color deæ uiſus in ſpe/
ciem: corpus cādidum: quod cælo demeat: amictus ce
rulus: quod mari remeat. Iam ſingulas uirgines quæ
deæ putabantur ſui obibant comites Iunonem quidé
Caſtor & Pollux: quorum capita: caſſides orbatæ: ſtel/
larum apicibus inſignens contegebant. Sed & iſti ca/
ſtores erant ſcenici pueri. Hæc puella uarios modu/
los laſciua cōtinēte tibia procedés: quieta & inaffecta/
ta geſticulatiōe: nutibus honeſtis paſtori pollicetur: ſi
ſibi premiū decoris addixiſſet: ſeſe regnū totius aſiæ tri
buturam. At illā quā cultus armorū Mineruā fecerat
duo pueri muniebāt præliaris deæ comites armigeri:

Graphis. GRaphice. Decenter uenuſte concinniter: quaſi ex picturæ uenuſtate: uerbum grecū eſt γράφω:
quod ſignificat pingo: ſcribo. unde grapheus pictor & graphis pictor & graphis pictura dicta qua q/
dé linearem proprie ſignificari prodiderūt. Plinius noſter in. xxxv. alia multa graphidis ueſtigia extat
Antigra/phice. idé mox paulo: Antigraphicen piſturā interpretatur quam pueri ingenui in græcia ante oīa doceban
tur: Victruuius in primo architectū oportet graphidis ſcientiā habere: ab eadé origine eſt graphium
Graphiū. pro ſtilo: graphiariū pro theca repoſitorioq́ʒ graphiorꝫ. graphicus homo pro abſoluto: & q̄ſi picto/
Graphiarium. ris māu expolito: & graphice ad/
uerbiū pro polite eleganter cōde
Graphicus core: graphicotera quoqʒ p cōpa/
ratiuū dicta abſolutiora elegātio/
graphice ra q;. A. Gellius in. ix. ſic refert: La/
Graphicote. berius poeta in mimmo. quem in
ſcripſit Rectoré uerſibus qdé ſa/
tis munde atqʒ graphice factis de
ſcripſit. IN ſpecié: in pulchritudi
nem. Apud græcos γραφή. i. gra
phe dicitur accuſatio & ut inquit
ſuidas nomé eſt cuiuſdā publicæ
accuſationis. LACIniaret. a la/
cinia ductū uerbū: quaſi iflexu la
ciniæ inūbraret. AMIctus ceru
lus. Veneri datur ueſtis ceruli co/
Talaſicus color. loris. qui é thalaſicus. i. marinus
color ex mythicorꝫ fictiouibus: q
tradūt Saturnū abridiſſe celū patris pudéda illiſqʒ ī mare deiectis ueneré procreatā apud Auſoniū di
ſtichon eſt de uenere ſcitu dignū qd' ſubſcripſimus: Orta ſalo ſuſcepta ſolo patre edita cælo: æneadū
genitrix: hic habito alma uenus. OBibant. Adibant: circuibātqʒ. CASſides orbatæ. Noue dictū
orbatæ pro orbiculatæ ab orbæ & rotūditate. talis eni eſt caſſidū forma: quidā legūt obbatæ. ut caſſi/
Obba ſeſſilis. des bono epitheto obbatæ dicātur a ſimilitudine Obbarū: ſunt āt obbæ uaſa potoria. galeaꝛ ſimili/
tudine. M. Varro utrū meridie an ueſperi libentius ad obbā accedas. Seſſilé a figura obbā dixit Perſi/
us illo uerſu. exhalet uapida leſum pice ſeſſilis obba: quidā emédāt caſſides orbiculatæ: ut dictio ſit il
luſtrior. & intellectus manifeſtior. STellarū apicibus inſignes. Ex hiſtoria argonautarū ſumptum
qua proditur argonautis magna tempeſtate periclitantibus ſalutéqʒ deſperantibus orphea ſolū uo/
ta pro ſalute oīum ſamothracibus diis feciſſe: extéploqʒ tempeſtate ſedata ſtellas duas ſupra caſtoris
Stellæ caſtorum. & pollucis capita cecidiſſe: unde factū eſt: ut caſtor & pollux inuocarentur a nauigantiuus. inſignirent
turqʒ ſtellarū apicibus. p̄terea Seneca & Plinius auctores ſunt apparere in magna tempeſtate ſtellas
quibus adiuuari ſe tunc periclitantes exiſtimant: quas uocāt caſtores: caſtoris & pollucis numini aſſi
gnātes. cū ſolitarie uenerūt graues ſunt: mergéteſqʒ nauigia. geminæ aūt ſalutares: & proſperi curſus
p̄nūciæ. cū aūt in aere qui medius inter lunā & terrā eſt appareāt huiuſcemodi caſtores. ſcienter uidet
Lucius noſter eos aſſignaſſe comites Iunoni: quæ aer eſt uel aeris numé. Illud adde qd' antiqui pilea
Pileati caſtores. caſtori & polluci dederūt: qa lacones fuerūt: quibus pileatis militare mos eſt: hinc Catullus pileatos
fratres dixit ædé caſtoris atqʒ pollucis intelligi uolés. Aſtrologi geminos ī cœlo caſtoré & pollucé eē
dixerūt quos demōſtrāt oīum fratrū iter ſe amātiſſimos fuiſſe: Dii ſamothraces de quibus apud eru
Dioſcuri ditos frequés mentio quorꝫ poeta ſatyricus meminit: putāt eē caſtor & pollux. græci Dioſcuros uo/
cāt. Elianus ait figurari iuuenes magnos īberbes. cōſimiles clamydatos & humeris habentes gladios
qui & manibus haſtas teneāt. Annotādū q' cū ſcriptores oēs cōſono ore ſidus caſtorū ſalutare eſſe di
cāt nauigātibus. unus eſt fulgétius: qui ut ī pleriſqʒ aliis: ita in hoc, quoqʒ a cæteris diſſentiat nouitate
opinor aliqua gloriolā captās. ſcribit eni in mythologiis caſtoré & pollucem eē ſymbolum perditio/
nis: & in mari ſigna caſtorū creare pericula. etymon quoqʒ nugatoriū cōmentus ait pollucé dici ἀπὸ
Nugalia fulgentii τοῦ ἀπολλεῖν. i. a perdendo Caſtorem uero quaſi κακὸν ὕστερον. ideſt malum extremum. IN
affectata geſticulatione. Incurioſa & pene negligente. dicitur affectata geſticulatio. quæ diligenter fit
& curioſe: cui diſſimilis erat hæc qua iuno ad paridem acceſſit. SE ſe regnum tributurā. Apud Lu
cianum ſic inquit iuno. ἢν γάρ με ὦ πάρι δικάσῃς εἶναι καλήν ἁπάσης ἔσῃ τῆς ἀσίας δεσ
πότης ideſt ſi me o pari pulchram eſſe iudicaueris: te dominum totius aſiæ cōſtituam. Merito auté
iuno ſe regna tributuram pollicetur. quia regnis præeſſe dicitur. Vnde & cum ſceptro pingitur: in
Pauo iunonis. cuius tutela pauonem ponunt: q' omnis uitæ potentia petax. in aſpectum ſui ſemper querat ornatus
Apud Ouidium ſic inquit paris. Regna iouis coniux. uirtutem filia iactat: & in epiſtola helenæ ſic
ſcriptum eſt: unaqʒ cum regnum belli daret altera laudé. tyndaridis cōiux tertia dixit eris. ADDI/
xiſſet. tradidiſſet adiudicaſſetqʒ. PRAEliaris deæ. Dea præliaris dicitur minerua: quæ & bello &
artibus præeſt: præliarem quoqʒ deam accipimus bellonam. quæ ſoror martis eſſe dicitur.

TERror & metus.canit Statius papinius armigeros martis eſſe furorem iram &pauorem:ſic enī ſcribit in tertio thebaidos comunt furor iraq; criſtas frena miniſtrat amēs pauor armiger.græci poetæ equos martis appellant Δειμον και φοβον.i.pauorem & terrorem.qđ & noſtri memorant.& decenter expreſſit Valerius flaccus illo uerſu.terrorq; pauorq; martis equi.& profecto conducenter terror ac metus armigeri ſiue eq aſſignant deo bellatori.& de præliari:quoniā bella ſunt terrifica & pauoris plēa POne tergū.A tergo poſt tergū. HORmū canebat bellicoſum.ορμαω uerbo græco dicitur impetum facio.& ρουμη impetus.& perturbatio:inde hormū canticum dictum impetuoſum: & alacritati bellicæ accommodatum. Verum ego exiſtimo legendum eſſe orthrium.eſt autem orthrium ut docet Dion carmē palladis bellici ardoris incentiuum. Quod Timotheus arte muſica celebratus cum aliquādo perite admodum modularet.ferunt Alexandrū magnū tāquā numīe quodā correptū mox ad arma poſiluiſſe adeo regē illū muſi cātus uehemētia concitauerat.Orthrii carminis herodotus Gellius cæteri meminere.qđ & oli arion quoq; uoce ſublatiſſima cātauit: cātuq; pacto ſeſe procul in ꝓfundū eiaculauit. Vbi adelphine exceptus euaſit incolumis.apud ſuidam lego.ορθιον ἐστι νομον κιθαρῳδικον.i.legē citharedicā: a quo ēt memorat.ορθιος νομος κιθαρῳδικος τις ωνομασμενος.itaq; orthriū & orthiū ꝓ cātico & lege citharedicæ armōiæ. BOMbis grauibus.Ex acutis & grauibus ſonis fit cōcinētia muſicuſq; cōcētus.ꝑ foramīa tibiæ patētiora acutior ꝑ anguſtiora grauior ſonus emittit.bōbū aūt ſonū dici nemo ē q neſciat.ennius ſonū pedū dicere uolēs bōbū pedū dixit.ī hāc ſnīam ait ī floridis.acuto tinitu & graui bōbo cōcētū muſicū miſcuit. INmodū tubæ.Eſt q̄dā tibia.ut inquit Oratius tubæ æmula:q̄ doriū bellicoſū canit. IN torto.Flexuoſo. FOrtē futuꝝ.pallas cū armorū & uirtutis dea ſit ſcire fortitudinē atq; trophea bellicæ uictoriæ īſignia ꝑidi pollicebat. ADminiculis.Auxilio & ope. adminiculator dicit opitulator.M.Tullius auctore.Gellio uſus ē i ſtudiis diſciplinaꝝ adminiculatore liberto tirōe. CAueæ.theatri. MEdi tullio.medio ut āte diximus. POpulo paruulorū.ſignificat ī comitatu ueneris fuiſſe cupidinū turbā populoſā quos poetæ.ut aliubi quo teſtatū ē: inumeros fingūt arceſilaus ſculptor fecit marmoreā leenā aligeroſq; ludētes cū ea cupidines.quorū alii religatā tenerēt.alii e cornu cogerēt biber.alii calciarēt ſoccos omnes ex uno lapide. DVlce ſubridēs.Dulciter amabiliter.& cū memoratōe ridēs ſub.n.ut ſæpe dictū ē ſignificat tēperamētū modicus āt riſus decet uenerē:& uēuſtā quoq; fœminā:hic ꝓceptū illud eroticō.ſint modici riſus puræq; utriq; lacūæ. TEretes.Habētes mēbra teretia & ſuculēta.q̄lis habitudo cupidines decet.Oratius teretes ſuras ꝓbat in fœmia cū ait brachia & uultū tereteſq; ſuras īteger laudo.teres āt rotūdū ī lōgū dicit.idē Oratius in epodo teretē pueꝝ appellat quē itelligi uult ſpecioſū.habētē crura brachiaq; teretia. COmmodū ī uolaſſe.eo ipſo tpe euolaſſe alias ī uolare dicimus furari q̄ſi uola māus furti ſubtrahere alias īuolare cū uiolentæ māus ī aliquē dirrigūt Virgilius uolare poſuit ꝓ ambulare.eo uerſu paſcētes illæ tātū ꝓdit uolādo.ubi Dōatus expōit uolādo ꝓ ambulādo. PInnulis & ſagittulis.Cupidies aligeri & ſagittiferi pingunt.ut ante dictū eſt. OBituræ dominæ.i.ueneris audiræ pacturæ ſuſcepturæ.potes legere obituri hoc ē ipſi cupidines adituri uelut nuptiales epulas domine ueneris faces flamma coruſcantes ꝑferebāt ex ritu moreq; nuptiali.nāq; apud ueteres qnq; faces in nuptiis accēdebant.cām refert plutarchus in ꝓblematis & nos in oratiōe nuptiali diligenter ꝑſcripſimus.ſpinā nuptiaꝝ facibus auſpicatiſſimā eē auctores ſunt plinius & maſſurius.quoniā inde fecerint paſtores q rapuerunt ſabinas hinc illud Catullianū ſpineā q re tedā pleriq; falſo legunt pineam.pueri tres patrimi & matrimi hoc eſt habentes pātrem & matrem adhibebantur in nuptiis.unus & faciem perferret ex ſpia alba duo qui nubentem tenebant. INfluunt.inſtar fluenti.& unde ſtipātes uenerē incedunt. GRatiæ gratiſſimæ Comites ueneris gratiæ quas charitas uocant.Quod & fulgētius refert nec imerito.quid enim ſine uenere gratioſum qđ incūdū quid amabile eē pōt: de gratis ſupra diximus habunde.Apelles dicere ſolebat unā illā uenerē de eſſe cæteris pictoribus:quā græci charita uocant:ea ſoli ſibi neminē parē.

terror & metus: nudis inſultātes gladiis. At pone tergū tibicē hormū cāebat bellicoſū:& ꝑmiſcēs bōbis grauibus tinitus acutos:imodū tubæ:ſaltatōis agilis uigorē ſcitabat.Hæc īqeto capite:& oculis ī aſpectū miacibus:citato & ītorto genere geſticulatiōe alacri demōſtrabat Paridi ſi ſibi formæ uictoriā tradidiſſet: fortē tropheiſq; bellorū inclytū: ſuis amminiculis futurū. Venus ecce:cū magno fauore caueæ ī ipſo meditullio ſcenæ circūfuſo populo lætiſſimorū paruulorū dulce ſubridēs:cōſtitit amene:illos teretes & lacteos puellos diceres tu cupidies ueros de cœlo uel mari cōmodū īuolaſſe.Nā & pīnulis:& ſagittullis & abitu cætero formæ preclare cōgruebāt:& uelut nuptialis epulas obituræ domiæ:coruſcis prelucebāt facibus: & īfluūt īnuptaꝝ puellaꝝ đcore ſoboles.Hīc gratiæ gratiſſimæ īde

Armigeri martis.
Eq martis terror & pauor.
Orthriū.
Alexander proſiliit ad arma.
Orthios lex citharedica.
Bombus pedum.
Adminiculator.
Cupidines multi.
Sint modici riſus
Teres
Inuolare
Volare ambulat
Quinq; faces in nuptiis
ſpinea ſcitum appellis

horæ pulcherrimæ:q̄ iaculis floris serti & soluti deam suã propitiãtes scitissimũ cõstruxerũt chorũ: dominæ uoluptatũ ueris coma blãdiẽtes. Iã tibiæ multiforabiles cãtus lydicos dulciter cõsonãt: quibus spectatorũ pectora suaue mulcẽtibus: lõge suauior uẽus placide cõmoueri: cũctãtiq; lẽta uestigio: & leuiter.p fluctuantes pinnulas: & sensim annutante capite cœpit icedere: mollique tibiarũ sono delicatis respondere gestibus: & nunc mite coniuentibus: nunc acre cõminantibus:

Horæ. HOræ pulcherrimæ. Ouidius horas deas Celeres cõmodissimo epitheto appellat: quas nõ inscite
hora qui tradit iungere equos solis ad currũ: quas Homerus cœlestis aulæ custodes eẽ narrat iuuẽtutis quoq;
rini. dea apud priscos uocaẽ hora quã quirino iungunt: de qua Ouidius horãq; uocat. quæ nũc quoque
Horus iuncta quirino est: & ennius te quirine pater uenenor horãq; quirini Horus apud egypnos uocaẽ sol
sol. ex quo & horæ nomẽ acceperunt: Quattuor quoq; tẽpora quibus annuus orbis impleẽ. horæ uocãẽ
auctor Macrobius. IAculis floris serti. iaculatiõibus florũ contextorũ solutorũq; dicit ãt horas eia
culasse flores parti solutos parti
sertos: atq; contextos. singularis
sertus numerus pro plurimo: nã sertus
flos. flos & serta corona diciẽ a serẽdo
plinius in. xxi. cũ uero a floribus
fierent serta a serendo seruiæ ap-
pellabantur. Lucanus sertas nar-
serilla. do florente coronas: serilla uete-
res dixerunt nauigia. quæ lino ac
sparto condensantur. a conseren-
do. & contexendo dicta. quidam
serilia spartea apud pecuniũ expo
nunt pro funiculis qui sparto cõ
sertores. seruntur. sertores quoq; dici inue
nio eos qui aliquid sererẽt: quos nõ nulli pro assertoribus usurpãt. DOminæ uoluptatũ. Venerẽ.
VEris coma. Herbis & floribus. quid. n. aliud ẽ coma ueris q̄ flos. & frõdes: elegãter papinius dixit
criniẽ arbos pro frõdescit florescitq;: flos est pleni ueris iudiciũ & gaudiũ arborũ. detrahe ueri frõdes
& flores caluũ & caluitio deformatũ uideri poterit. Cõsimiliter. Au. Gellius uolumine duodeuigesi-
mo comas iqt arborũ lætissimas uberrimosq; uitiũ palmites decidit. TIbiæ multiforabiles. A mul-
Multifo- titudine & numero foraminũ multiforatilis tibia dicta. apud antiquos tibia tenuis fuit q̄ttuor tantũ
ralitis foraminibus distincta: tales in tẽplo uidisset se se refert. M. Varro de hac tibia intelligit Oratius in ar-
tibia. te poetica. tenuis simplexq; foramine pauco aspirare & adesse choris erat utilis. præterea tibiæ aut se-
ranæ dicunẽ. quæ sunt pares & æquales habẽt cauernas. aut phrygiæ: q̄ sunt impares inæqualibusq;
foraminibus. tibia phrygia dextra unũ habet foramẽ sinistra duo quoꝝ unũ acutũ reddit sonũ alteꝝ
grauẽ. tibiæ sacrificæ ex buxo fiunt. ut docet plinius ludicræ uero ex loto ossibusq; asininis. & argẽto
Auleti tibialẽ calamũ auleticon uocãt græce enim αυλη tibia est. inter genera tibiarũ sunt præcentoriæ: qui
cos cala- bus in sacrificiis præcinunt ad puluinaria: sunt & puellatoriæ. quibus a sono clariore uocamen datur
mus. quasdã uescas uocãt: quæ multiforatiles sunt Gigrinæ noiantẽ. quæ exiguæ licet sint subtilioribus ta
præcen- mẽ modis insonãt a priscis tibicen dicebaẽ gigeriator & subulo. alibi docuimus subulones quoq; di
toriæ. ci ceruos quoꝝ cornua sunt simplicia. ante hiagnim marsiæ tibicinis patrẽ rudibus adhuc musicæ se
Gigrinæ. culis in usu fuit simplex tibia hic primus duas tibias uno spiritu animauit quãuis plinius marsiã di-
Gigeria cat geminas tibias inuenisse. primus multiforatili tibia sinistris & dextris foraminibus distincta acu
tor. tis. grauibus sonis concentũ musicũ miscuit. CANtus lydos. Amphyon lydios modulos primus
subulo. inuenit dorios thamiras thrax: phrygios marsias phryx Aristoteles in. viii. politicorũ lydiã musicã
Lidia flebilẽ eẽ & q̄rimoniis accõmodam docet. Quod & Lucius noster indicat qui in floridis lydũ q̄rulũ
musica appellat plato quoq; libro tertio de re publica harmonias lydias querulas esse easq; inutiles ẽt mulie
querula ribus. ne dum uiris esse refert. hic autem lydios cantus accipimus pro musicos & uoluptarios. quales
Dorius in festiuitate ueneria & saltationibus ludicris solent adhiberi. siquidem lydium melos auctore cassio
tonus doro oblectationibus animorumq; remissionibus est accommodatum cuius uerba ex epistolis sub
phrygius scripsi tonos musicos describẽtia quæ sunt hæc. dorius tonus prudẽtiæ largitor & castitatis effector
Lydius est phrygius pugnas excitat uotum furoris inflammat. eolius animi tempestates trãquillat somnũ
quæ iam placatis attribuit. asius intellectum obtusis acuit & terreno desiderio gratis celestium appe-
tentiam bonorum operator indulget. lydius contra curas animæ tediaq; repertus remissione repa-
rat & oblectatione corroborat. hoc ad saltationes sæculum corruptibile flectens honestum remediũ
turpe fecit esse commertium. hactenus cassiodorus. CVNctantiq; lenta. Lentus incessus. & cuncta
bundus decet matronam & deam. unde nunc scitime uenus iduciẽ lẽta & tardigrada uestigio suspẽ-
so: & molli ueꝝ sicut icessus i matrõa dcorus. ita i uiro erubescẽdus ẽ. unde Seneca castigator moꝝ se
uerissimus sancte & grauiter scribit libro ultimo q̄stionũ naturaliũ uerba hæc. tenero & molli gres-
su suspẽdimus gradũ nõ ambulamus sed icedimus. Seruius grãmaticus exponẽs illud Virgilianum.
Ast ego q̄ diuũ incedo regina: icedere iquit proprie est nobiliũ psonaꝝ. Qui nascunẽ oriẽtibus pleia
dibus. hii molliter ambulant uestigiaq; suspẽdũt pœnitet eos q; uiri nati sint. PER fluctuãtes pinu
las. Venus inter pinatos cupidines. quoꝝ pinulæ leuiter fluctuabant cœpit icedere. REspõdere ge
stibus. significat deam gesticulatam esse motu corporis. prout tibiarum sonus saltationem uariabat.

GEſtire pupulis. Senſus eſt uenus modo oculis mitibus & tranquillus blādiebat: modo fulminā tibus minacibuſq; geſtiebat. indicia. n. animi maxima ſunt i oculis. qui moderationis clementiæ miſericordiæ odii amoris triſtitiæ leticiæ idices ſūt. & ut plinii uerbis utar cōtuitu quoq; multiformes truces: toruí flagrātes graues trāſuerſi limi ſummiſſi blandi. profecto in oculis animus inhabitat me dia eorū natura cornea feneſtrauit pupilla. in qua uis uidendi ieſt: aliis nigra. aliis ruſſa aliis glauci co loris. Ab oculo oculiſſimū dicit̄ pro cariſſimū. & oculitus aduerbiū. quo ſignificat̄ tā carū eē q̄ oculū.

Index animi oculus. Oculiſſimum. Oculitus

geſtire pupulis: & nonnunquam ſaltare ſolis oculis. Hæc ut primū ante iudicis conſpectum facta eſt: nixu brachiorum polliceri uidebatur: ſi fuiſſet deabus cæteris antelata: daturam ſe nuptā Paridi forma præcipuam ſuiq; conſimilem. Tunc animo uolēti Phrygius iuuenis malum: quod tenebat aureū uelut uictoriæ calculū: puellæ tradidit. Quid ergo miramini uiliſſima capita: immo forenſia pecora: immo uero togati uulturii: ſi toti nunc iudices ſententias ſuas precio nundinantur: cum rerum exordio: inter deū & homines agitatū iudiciū: corruperit gratia: & origialē ſniam magni Iouis conſiliis: electus iudex ruſticanus & opilio

SAltare ſolis oculis. Decēter dictum de uenere: cuius oculi mobiles lubrici uerſatiles. quaſi ſaltare uidebant̄: tales oculos in fœmina amorabūda probare ſolemus: & cū aliæ ſaltent pedibus i chorea & motu corporis geſtiant uenus oculis ludibundis ſaltatoriū munus implebat: poetæ mineruæ flauos oculos dant. Vnde glaucopis poetico græco epitheto dicta. Veneri uero petos aſſignant. qđ carminis obſceni teſtimonio notiſſimū eſt. Minerua flauo luminæ uenus peto. peti autē oculi dicuntur leniter declinati. & cū uenuſtate: hoīes quoq; petos uocant ab huiuſmodi oculis. Oratius Strabonē appellat petūpat̄. plinius petos dici eē. quorū oculi deprauati ſint. qđ ita intelligimus deprauatiōe uitioq; nō inamabili. uerba plinii hæc ſunt ex. xi. uni aīaliū homini oculi de prauant̄. unde cognomina Strabonū & pætorū. IVdicis. Paridis. VIſu. Dic nixu ideſt motu & geſtu. qui interdū p ſermōe ē

Glaucopis. petus. oculus.

SVIq; conſimilē. ideſt tā formoſam coniugē. q̄ eēt ipſa uenus ſignat autē helenā Apđ Lucianū ſic Iquit uenus. υπισ χρουμαιλιασοι τηελεμηρ παραδωσειν γυνικα και ακολουθησειν γε επ/ αυτην και αφιξεσθαι παρυμασ εισ την αλιορκαι αυτη παρεσομαι και συμπραξοτα παντα. i. pmitto o pari helenā uxorē tibi me daturā ad uos iliū uēturam ipſa adero & in oībus opitulabor.

PHrigius iuuēis. Paris. MAlū tradidit. paris ap̄ lucianū traditurus aureum malū ueneri prius petit ut illa ducat amores & gratias quaſi teſtes pmiſſorū: q̄ plus pollicet̄ dicēs ſe quoq; cupiditatē. & hymeneū adductura qbus teſtibus adhibitis iquit paris επι τουτοισ Διδω μιτο μηλορ επι τουτοισ λαμβανε. corā his malū trado. & tu corā his capo. VIctoriæ calculū. Victoriæ ſuffragiū ſupra diximus copioſe quēadmodū calculis i urnā miſſis rei danabāt̄ uel abſoluebāt̄. & ita uictores decernebāt̄ īterdū unus calculus cā ē uictoriæ: put acceſſerit ad ptes i cā opianici docet M. Tullius quēadmodū ſtalēi iudicis ſnia ſeptimadecima & calculus accedēs ad numerū aliarū ſniarū abſolutione cōficere debebat. Ante dictū ē quid ſit apud iuriſcōſultos heremodiciū. inibi hoc adde puerbiū celebrari apud græcos ερημοδικια. quaſi dicas heremodiciū. quando reus qa nō adeſt pſens iudicio dānat̄. q̄ſi deſolatū ſit iudiciū pp rei abſentiā. VIliſſima capita. Elegātiſſima p apoſtrophā caſtigatio q̄ monemur ut iudiciū hoc paridis ſit nobis documēto iudices oēs pecunia corrūpi poſſe. & nihil eē tā ſanctū qđ nō præcio uiolari nihil tā mūitū qđ nō auro expugnari poſſit. IMmo forēſia pecora. Vocabulis obiurgatoriis pbroſis & cōducētibus iceſſit cauſidicos oratoreſq; forēſes: nā merito decorū noīe taxant̄. cū demirantes ſtupent ſi nūarii iudices cōtra ipſos pnūciāt: & pcio corrupti ius & fas pecuniæ poſtponāt: eodē togatos quoq; uulturios decēter noīat. a rapacitate qua utūt̄ i cauſis forēſibus. dum mō puaricāt̄ pecūia corrupti & pdūt reos. mō uēdūt aduocatōes & pecūias enormes extorquēt. contra pſcriptū legis. cintiæ: q̄ cauet̄ antiqtus: ne aduocatus donū pecuniáue accipiat ob cām orāda. unde plinius iunior dilaudādus q nūq̄ aduocatōes ſuas uoluit eē uenales. q pyraticū paciſcēdi morē iprobauit: q xeniis ēt ſp abſtinuit. ſcribit Auguſtius qđ & i decretis canonicis. xi. Q. iii. refert̄ qđ nō licet iudici uēdere iuſtū iudiciū. & ſi licet aduocato uēdere iuſtū patrociniū. & iuriſcōſulto rectū cōſiliū. ſicut a. M. Tullio paludati uulturū dicti ſcitiſſime ſunt piſo & gabinius ipatores. ita nūc feſtiuiſſime togatii uulturii nominātur. q i toga & i forēſibus actiōibus pdāt̄ iſtar uulturū de qbus ſuo loco diximus.

De heremodicio. Vulturii. togati. Cintia lex.

PRecio nūdināt̄. Vēdūt & q̄ſi i nūdinario foro emptoribus addicūt. nūdinari. n. & nūdinare pprie ē i nūdinis & ipropatulo uēditare. iulius firmicus i. v. matheſeos q̄ſtus & libidinis cā pudorē duobus fratribus nūdinauit: ab eodē nūdinatus pudor elegāter dicit̄ pſtitutus & pcio pphanatus. M. Tullius i antonianis. totū iperiū romanum nundinabant̄. utit̄. & ſuetonius eo uerbo i uita titi. INter deum & homines imo iter deos & hoiem tres eni deæ fuerunt & homo unus iudex. ORIgialē. primordialem & ab origie rerum uetuſto ſæculo pronunciatum dictamq;. MAgni iouis cōſiliis. iupiter elegit paridē iudicē ad eūq; mercuriū miſit: q iuſſu iouis illi imperaret. ut litē dearum diiudicaret.

paludati. uulturii Nundinaro. Nundinatus pudor.

lucro libidinis uẽdiderit:cũ totius ẽt ſuæ ſtirpis exitio Sic hercules & aliud ſequens iudicium inter inclytos achiuorum duces celebratum:uel cum falſis inſimulationibus:eruditione doctrinaque præpollens palamedes proditiõis damnatur.uel uirtute martia prepotenti preferẽ Vlyſſes modicus Aiaci maximo .Quale autẽ & illud iudiciũ apud legiſeros atheniẽſes & catoſillos

Conſtuprati.
Nummarii.
Lucides.

L.Vero libidinis.Alii iudices lucro auri & pecũiæ illecti iudicia nundinãẽ:hic uero ꝓcio libidinis & pollicitanionibus Veneris corruptus ſententiã uendidit.M.Tullius conſtupratos iudices.& nummarios elegãnſſime appellat corruptos nummis precioq; libidinũ. STIRpis exitio.Ex hac paridis ſententia prima malorũ Troianis labes.hinc decennalia bella confligunt.hinc clades & exitia nouiſſima fluxere.hinc ortũ eſt prouerbiũ.apud græcos.ἰλιασ κακῶν.i.illas malorũ:qđ ἐπὶ τῶν μεγάλων κακῶν in magnis malis:uſurpãt:quoniã ἐν ἰλίῳ μυρία κακὰ in ilio infinita maloꝝ milia contigerunt. Adagiũ hoc uſurpat.M.Tullius ĩ epiſtolis ad atticũ ſcribens tanta malorũ impendet ἰλιάσ:& ita in ſinceribus codicibus legiẽ. SIC hercules.Certe aduerbiũ eſt adiurantis. PAlamedes ꝓditiõis dãnaẽ.Vlyſſes palamedi inſeſtus ĩſẽ ſuĩ q; epiſtolã priami noĩe ad illũ cõmentus eſt:per quã agebat gratias prodicionis & cõmemorabat auri pondus eſſe tranſmiſſũ.hanc dedit captiuo:quẽ in itinere clã fecit occidi.inuenta hæc epiſtola more militiæ regi Agamẽnoni oblata eſt.& lecta in cetu procerũ.tunc ulyſſes uaferrimus cũ ſe palamedi adeſſe ſimularet inquit ut ueritas illuceſcat in tentorio palamedis id aurũ quæraẽ de quo loquiẽ epiſtola:quo facto inuentũ ẽ auꝝ qđ ipſe per noctẽ corruptis ſeruis præfoderat.itaq; palamedes inſons perinde ac ꝓditor iniuſto iudicio ab inclytis achiuorũ ducibus dãnatus eſt lapidibuſq; ĩterẽptus eſt.ob hoc cecinit poeta belidæ nomẽ palamedis & inclyta fama gloria quẽ falſa ſub proditione pelaſgi inſontẽ infando indicio:qa bella uetabat demiſere neci.& aiax apud Ouidiũ ſic inceſſit ulyſſem prodere rẽ danaũ finxit factũq; ꝓbauit crimẽ & oſtendit qđ iã præfoderat aurũ.palamedes teſte plinio ordinẽ exercitus ſigni dationẽ teſ

Inuenta.
palamedis.
Armorũ.
iudicium

ſeras troiano bello primus inuenit.eundẽ tradunt litteras inueniſſe.θφχ.unde & epigrãmatiſta grues appellare uideẽ aues palamedis.conſtat enim grues uolitare ordine litterato.& ut auctor eſt philoſtratus glorianti olim palamedi ſe tres litteras inueniſſe ulyſſes repente obiecit eam laudem eſſe gruum quæ.v.litteram faciunt iuſſitq; eas ſuſpici præteruolanten.Apuleius noſter in apologia inter eos qui dolo memorandi fuerunt noiat palamedẽ.ſuidas palamedẽ præconio uirtutis extollit tanquam fuerit optimus poeta & ĩuẽtor rerũ plurimarũ. VIRtute marita.Bellica fortitudine. PRæferẽ ulyſſes modicus.Famigeratũ eſt armorũ achillis iudiciũ pro quibus duo græcorũ ꝓceres maximi imprimis contenderunt aiax ut ulyſſes apud Ouidiũ uolumine metamorphoſeon tertiodecimo tota res luculẽter explicaẽ.auditis utrinq; allegationibus arma achilis ulyſſi adiudicata ſunt.& quid facũdia tunc poſſit patuit fortiſq; uiri tulit arma diſertus.aiax dolore ſtimulatus feruere cœpit & mox ex furore necẽ ſibi conſciuit.ſeneca libro ſecundo de ira.aiacẽ in mortẽ egit furor in furorẽ ira. Cor.celſus in tertio genus inſaniæ deſcribit qua implicati imaginibus nõ mente fallunẽ:qualẽ inquit inſanien

Aiacis riſus.

tem aiacẽ uel oreſtã poetarũ fabulæ ferunt apud græcos prouerbiũ eſt.αἰάντειος γέλως aiacis riſus ἐπὶ τῶν παράφρονος γελώντων de hominibus inſipienter ridentibus.aiax enim inſania laborans & furore uexatus ob ulyſſem in armorũ iudicio ſibi antepoſitum inſectabatur armenta credens eſſe græcos:& duos maximos arietes flagello cedebat clamans ſe occidere agamẽnonẽ & menelaũ & ita furens ac inſaniens illos deridebat.ab hoc inſipiẽtis aiacis riſu ducta παροιμία: qui poſtea reſipiſcẽs in ſilua incubuit gladio ſeq; interemit.Quod autem ulyſſes modicus & aiax maximus a lucio noſtro dicuntur ſcito id ex Homero ſumptũ qui in tertio iliados tradit ulyſſem modica ſtatura ꝓditũ fuiſſe aiacẽ uero enormi proceritate ſtaturoſum.a quo didiciẽ πελώριος ἕρκος ἀχαιῶν.ideſt excelſus

Aiax procerus.
Iudicium ſocratis

aiax græcorum murus.item ἔξοχος ἀργείων κεφαλήν.ideſt capite eminens ſupra græcos. QVale & illud iudicium.De iudicio loquitur quo iniuſte damnatus eſt ſocrates in carcere ad necem plato in apologia & in libro qui inſcribitur phedon.item laertius diogenes copioſiſſime referunt.quẽadmodum ſocratem anytus lycon.& melitus inſimulauerunt.horũce cumprimis criminum iura uiolat ſocrates:noua demonia inducit deos patrios reſpuens.contra ius & fas iuuentutem corrumpit: pœna illi mos.cum iudiciũ hoc agereẽ aſcendiſſe platonẽ ferunt in ſuggeſtũ ac dicere cœpiſſe.minor natu cũ ſim uiri atheniẽſes his oĩbus qui tribunal aſcenderunt ſtatiq; interpellatum deſcẽdiſſe:dãnatus eſt igiẽ capitis pœna ſocrates nõ ſolũ primis ſentẽtiis ſed & ſecundis.cũ interrogatus quã pœnam cõmeruiſſe ſe cõſitereẽ reſpõdiſſet ſe meruiſſe.ut ampliſſimis honoribus & ꝓmiis decorareẽ & ut ei uictus cotidianus in prytaneo publice præbereẽ qui honos apud græcos maximus habebatur.quo reſponſo iudices ſic exarſerunt ut capitis hoĩem ĩnocentiſſimum condemnarent.exiſtimat.M.Tullius

Cicuta periit ſocrates.

ſocratẽ damnatũ nullã aliã ob culpã niſi propter dicendi inſcientiã.ſeneca quoq; dixit in declamationibus eloquentiſſimi uiri platonis oratio:quæ pro ſocrate ſcripta eſt.nec patrono nec reo digna eſt.ſocrates in carcere bibit uenenũ potõe dilutum:& ita deceſſit.Fuit autem uenenum id cicuta:quã merito dixit plinius publica athenienſium pœna iuiſam.hic illud ꝓſianũ barbatũ hoc crede magiſtꝝ di

cere ſorbitio tollit quē dira cicutæ. Seneca ſcribens ad gallionē de uita beata athenienſiū Rē. pu. uel ob hoc maxime uituperat: in qua ſocrates dānatꝰ. idē tradit tantā fuiſſe in ſocrate maieſtatē ut intrās carcerē nō a carcerariis ſordibus pollueretꝰ: ſed carceri oēm detraxerit ignominiā: neq; enim poterat carcer uideri: in quo ſocrates erat. poſt dānatū ſocratē tanta mox pœnitentia eius rei athenienſes cœpit: ut gymnaſia clauderent: ut accuſatores ſocratis partim exilio partim morte mulctarent. ut ſocrati ipſi ſtatuā æneā ſtatuerent in loco athenis celeberrimo. ſcribit plutarchus in eo libello cui titulus eſt de

& omnis ſcientiæ magiſtros? Nonne diuinæ prudentiæ ſenex: quem ſapientia prætulit cunctis moralibus deus delphicus: fraude & inuidia nequiſſimæ factiōis circunuentus: uelut corruptor adoleſcentiæ: quam frenus coercebat: herbæ peſtilentis ſuco noxio peremptus eſt: relinquens ciuibus ignominiæ perpetuæ maculam? Cū nunc etiam egregii philoſophi ſectam eius ſanctiſſimā preoptent: & ſummo beatitudinis ſtudio:

odio & inuidia ꝙ athēiēſes adeo oderunt auerſatiq; ſunt ſocratis calūniatores: ut neq; ei ignē accendere neq; interrogantibus reſpondere nec aqua illa in qua hi ſe abluiſſent uti uoluerint: ſed eam perinde hac ſceleratā effundi iuſſerit proinde illi cū odiū tā atrox perpeti diutius nō poſſent ſuſpenſio ſe ſe necauerunt: uerū nō ſolū puniēdi fuerant accuſatores ſocratis uerū etiā iudices mulctandi qui dan- accuſa-
nantes ſocratē iniuſtiſſimo iudi- tores
cio ipſam uirtutē dānare atq; excindere uiſi ſūt. Quod crimē eo atrocius iudicandū ꝙ athenieſes: & ſocr. inte-
erant & habebantꝰ prudentes eruditi humani: & legū latores optimi: unde humanitas doctrina reli- ſtabiles
gio iura leges ortæ atq; in oēs diſtributæ putantꝰ: proinde nunc lucius noſter, illos appellat legiferos Legiſeri.
apud quos draco & ſolon nomothetæ. i. legū conditores inclyti celebrantur. Cati quoq; optimo epi- Nomo-
theto dicuntur accuti & ſapientes catus. n. qua dictione uſitatus eſt oratius frequēter ſignificat doctū thetæ.
atq; acutū. cata ſigna dixit ennius pro acuta. nullo uerſu: iā cata ſigna ſonū dare uoce parabant. autūat Cati.
M. Varro uerbū hoc ſabinū eē. hinc catus helius ſextus cognomiantus. ꝓpter iuris ciuilis ſciētiam: ut Catus de
ſentit. M. Tullius ut placet uarroni. nō tā quia ſapiens erat: q̄ ꝙ acutus. Diuus Auguſtinus. qđ notabi- us.
le eſt tradit priſcos colu iſſe deū catū qui catos. i. acutos faceret. auctor ē plinius. in. vii. catos corculos
apud romanos cognominatos eē eos qui ſapientia erant præcellētes. fortaſſis hinc fluxit dictio uulgaria & uernacula qua catos uocitant feles & ſolercia uidelicet. qua auibus inſidiātur: & i muſculos inſiliunt. palladius uocabulo uulgi ſubſcribere uideꝰ cū ait cōtra talpas prodeſt frequenter hr̄ catos ī
mediis carduetis. ubi catos accipio pro felibus domeſticis quas male litterati muſcipulas appellāt. cū Muſci-
muſcipula inſtrumētū ſit nō aīal ad mures capiēdos. OMnis ſciētiæ magiſtros. M. Tullius in libris pula.
oratoriis oīum doctrinarū inuentrices athenas appellat: in bruto quoq; athēis natā & altā eē eloquē- ſocrates
tiā refert: qui in oratiōe pro flacco athenienſes ꝑconio uirtutis exornat. PRætulit deus delphicus. ſapientiſ-
Apud græcos ſocrates oraculo apollinis delphici prælatus eſt ſapientia cūctis mortalibus. cherephō ſimus
enim ſocratis familiariſſimus cōſuluit oraculū an eēt ullus ſocrate ſapiētior. reſpōdit pythia ſocratē dictus
eē ſapientiſſimū mortaliū. cuius rei Plinius Solinus Laertius plato cōmeminere. Res eſt in ore omniū. inde & illud cantatiſſimū. uir bonus & ſapiens qualē uix reperit unū milibus e cunctis hominū conſultus appollo. annotatu dignū eſt qđ a plinio prodiꝰ in. xxxiiii. romanos poſuiſſe ſtatuas pythagoræ & alcibiadi in cornibus comitii. cū delphicus deus fortiſſimo græcorū gēris iuſſiſſet & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari: mirū ſane eſt illos partes circunſpectiſſimos ſocrati pytagorā ante poſuiſſe cunctis ab eodē deo ſapientia prælato. NEquiſſimæ factionis. Capita factionis conſpirationiſq; in ſanctiſſimū philoſophū fuere anytus lycon & melitus qui ſocratē inuidentia irritati ferre nō poterant: melitus ob poetas in factus anytus ob artifices atq; rei. pu. gubernatores. lycō gratia rhetorū. itaq; hi calūnias ſtruxerunt ad ſocratē obruendū. PEſtilentis herbæ. Cicutā intelligit:
cuius uis refrigeratoria necat. ut ante diximus. ſcitu memoratuq; dignū eſt: Quod cū cicuta ſit hoīs Cicuta ci-
uenenū. eſt pecudū pahulū. idq; lucretius docet illis uerſibus quippe uidere licet pingueſcere ſæpe ci- bus pe-
cuta barbigeras pecudes homini quæ ē acre uenenū. ſturni quoq; ut Alexāder Aphrodiſeus & Am- cudum
broſius ꝓdiderunt. cicuta ueſcūtur habentq; in cibatu. græci κωνειον uocant. IGNOminiæ macu- Conū.
lam. Sicut mors caliſthenis eſt Alexandri magni crimē æternū quod nulla uirtus: nulla fœlicitas bellorū redimet. ita mors ſocratis eſt athenieſium macula ineluibilis: quam nulla doctrinarū claritudo: nullæ res geſtæ abluent: nā cum quis dixerit athenienſes darium xerſem perſarū reges ꝓfligarūt opponaretur & ſocratem occiderunt. cū dictum erit leges litteras diſciplinas fruges mortalibus dederunt diceꝰ. ſed & ſocratē ſanctiſſimū ſapiētiſſimūq; mortaliū iniquo iudicio in iuſtiſſimæ morti dā-
nauerūt. SEctā eius. a ſocrate uelut a fonte: deriuati ſunt riui & ſeminaria familiæ philoſophorū: q ſocratis
licet īter ſe diſſentiētes: & multū diſiūctæ & diſpes ſint: tamē oēs ſe ſocraticos & dici uoluerūt & eſſe ſons phi-
arbitrabātꝰ. qđ & M. T. mēorat i. iii. de oratore: q i epiſtolis ad atticū ſocrati & ſocratis uiris acceptū re- loſopho-
fert ꝙ lacturā p̄rimōii flocci nō facit qđ q̄ cæteri calāitate uocāt iꝑe nec icōmodū. O Socratis inq̄t O rum.

iurét i ipſius nomé. Sed nequis idignatióis meæ repre
hédat ipetũ:ſecũ ſic reputás:ecce nũc patiẽur philoſo
pháté nobis aſinũ:rurſus unde diſceſſi reuertar ad fa/
bulã. Poſtq̃ finitũ eſt illud Paridis iudicium. Iuno qui
dé cum Minerua triſtes & iratis ſimiles ſcena redeunt
indignationem repulſæ geſtibus profeſſæ. Venus ue/
ro gaudens & hylaris lætitiam ſaltando totó cum cho
ro profeſſa eſt. Tũc de ſummo mõtis cacumine p quã
dã latenté fiſtulam in excelſum prorũpit imo croco di
luta:ſparſimq; defluẽs paſcẽtis circa capellas odoro p
pluit hymbre:dóec in melioré maculatæ ſpecié canici
em propriam luteo colore mutarent. Iamq; tota ſuaue

Socratici uiri nũq̃ nobis gratiam referam. Dii ĩmortales q̃ mihi iſta p nihilo. Socraticæ chartæ ora
tio Flacco philoſophicæ ſunt:ſocraticum opus Ouidio philoſophicũ. pingiť ſocrates coma cadente:
ſicut Diogenes barba comante. zeuſippus curua ceruice ariſtoteles brachio exerto xenocrates crure
Socrates collecto Socratem ſimis naribus & recalua fronte repandis cruribus fœdiſſimũq; fuiſſe auctor ẽ di/
ſimius re uus Hieronymus:cæterum uirtus nõ tam formoſum corpus q̃ animũ quærit poteſtq; ſub qualibet
caluaſter cute igeniũ beatiſſimũ latere:& ſicut poteſt in humili cauſula uir magnus habitare:ita poteſt in de/
formi corpuſculo formoſus ani
mus ac magnus exiſtere. uideť mi
hi ſocrates in exẽplar editus:ut ſci
re poſſemus nõ d̃formitate corpo
ris fœdari animum:ſed pulchritu
dine animi corpus ornari. VIter
in ipſius nomen. Qui ſe addicunt
ſectæ philoſophicæ. iurant in ma/
giſtri nomé & uerba. ſe nũq̃ ſectã
deſerturos & dogmata præcepto
ris p uirili parte defenſuros:ſicut
milites iurant in uerba imperato
ris adacti:oĩa ſe ſtrenue facturos:
quæ præceperit impator:nec unq̃
militiam deſerturos. Quod apud
hiſtoricos frequentiſſime lectita/
Ius iuran bis. extat ius iurandum hippocra
dum. tis quo diſcipulos adiurat in uer/
Hippo/ ba concepta. & magiſtri nomen. ſic ſectatores ſocratis adiurant in nomé doctoris. & ſe ſocratis futu/
cratis. ros afirmát. neq; a ſocratica diſciplina deuios abituros. ſic & platonici. & ariſtotelici. & cæteri cætera/
Conſe rũ ſectaꝝ ſectatores iurant in nomé magiſtrorum eorumq; ſpiritui quaſi conſecrantur. unde & con
cranei ſectanei nuncupati. hinc illud oratianum. nullius addictus iurare in uerba magiſtri. & Quintilianus
in tertio. ex eodem inſtituto ſic inquit:neq; me cuiuſq ſectæ. uelut quadam ſuperſtitione imbutus ad
dixi. M. Tullius in ſecunda tuſculana eos philoſophos uituperat:qui certis quibuſdam diſtinatiſque
ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt. eaq; neceſſitate conſtricti:ut etiam quæ nõ probare ſoleant
ea cogantur conſtantiæ cauſa defendere. VNVM diſceſci. Corrige. unde diſceſſi. REpulſæ. geni/
tiuus eſt caſus ſignificat enim Iunoné & Mineruam geſtibus demonſtraſſe indignationem & dolo/
rem:quo afficiebantur ob repulſam. præteritæ poſthabitæq;. nam ut inquit Donatus. fœminæ offen
duntur:ſi fœdæ iudicentur:& ut refert Tertulianus. prælatio alterius. ſine alterius contumelia nõ po
teſt pcedere:unde illud manet alta mẽte repoſtum iudicium paridis. apud Valerium maximum ti/
tulus eſt de repulſis:quo clariſſimorum uiroꝝ repulſæ in honorum petitione percenſentur. M. Tul/
lius in oratione pro blancio repulſas edilitias identidem memorat. MONtis. idæ:qui mons in ſce
na lignea fabrica inſtructus fuerat. FIſtulam. Qua ſcilicet aqua fiſtulatim excutiebať:alibi anno/
tauimus ex auctoritate Plinii. Victruuii. Frontini fiſtulas dici denarias. quarum laminæ latitudo an/
te quam curueť digitorum decem eſt:quinarias uero quarum lamina quinq; digiros lata ẽ. IMO
croco. Quidam legunt uino:aut alludere uideať ad romanũ moré:quo crocum uino miſcebát præ/
cipue dulci tritum ad theatra replenda. ut docet Plinius in. xxi. & nos apud propertiũ abũde memini
mus:ueſiculũ illũ explicãres pulpita ſolẽnes non oluere crocos. ueꝝ ex tali lectione ſentẽtia quidé erit
erudita ſed uerboꝝ ſtructura futilis & lapſabunda. dictio. n. illa dilura nuſq̃ ſubſiſtet:nulloq; admini
culo fulcieť:quo circa corrigo. unda croco diluta:ut ſit ſenſus iteger ex eadẽ tamẽ eruditiõe deductus
Vnda dicit enim undã croco dilutã cõmixtãq; emicaſſe per fiſtulam ſiue ſiphonem in ſublime mechanico
croco di/ inſtrumẽto. ita ut croceus nimbus eẽ uideretur:de quo epigrammatiſta. & cilices nimbis hic madue
lura. re ſuis. idé alíubi rubrum nimbum a croceo colore nominauit:& a Lucretio ex eodem ritu decenter
dictum:& cum ſcena croco cilici perfuſa recens eſt:& ita poetæ ferme omnes indicant undam ſolo
croco dilui ſolitam ad ſcenam pulpitaq; theatrica perfundenda. ODOro hymbre. Odorum hym/
brem decẽter dixit:undam illam croco dilutam odoremq; croceum ſpiranté:q̃ excuſſa per fiſtulã ca/
Odora pellas paſcẽtes. quaſi hymber & pluuia madefaciebat. Seneca libro. vi. cõtrouerſiaꝝ rhetoré noie mu/
rii hym ſam:irridet:qui odoratorios hymbres dixerat itelligi uolẽt ſparſiões. q̃ in theatro fiebát de quibus in
bres ſpar telligit papinius ſic canẽs in ſiluis. diues ſparſio quos agit tumultus:ubi iure iterp̃s ſiluarũ iceſſiť: re/
ſiones felliturq; ab eruditioribus:legẽs ſpaſſio accipiẽſq; p noie hiſtriõico. LVteo colore ex imitatõe Vir
Sandyx. giliana ducta ſnia:ipſe ſed in ptatis aries iã ſuaue rubẽti murice. iã cruceo murabit uellera luto:nec il/
lud quoq; abſimile ẽ ſponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. eſt auté ſandyx gẽus pigmẽti flámei
coloris. plinius tñ iſto uerſu Virgiliũ accepiſſe ſandycé p herba autũat. libro. xxxv. SVaue. Suauiter

FR Agrāte.ſpirāte.& ſuaueolētiā redolēte. TER ræ uorago.laus ē exhibiti ſpectaculi:iquo poſt lu
dicrā fabulā pactā:igenio machiatoris artificiſq; ſolertia effectū ē:ur mōs ille ligneus qui idā repſen/
tabat uoragine quadā ſubitaria.& quodā quaſi hiatu terræ & chaſmate abſorberet. PR æclaris nu
ptiis.aſininis.ſ. TOrus genialis.Tāq̄ nuptiæ futuræ eēnt iter aſinū & mulierē.nubētibus eni gēialis
Torus ſterni ſolet.Lucianus. κλίνη μεγάλη ἀπὸ χελώνης ἰνδικῆς πεποιημένη.i. lectus erat
magnus ex idica teſtudie factus.docent hæc Lucii noſtri.& græci Luciani uerba lectos ex teſtudine p̄
cioſos fieri ſolitos. Id qđ Plinius: Iuuenalis:Martialis cæteri pdide
runt:cuius rei iuriſconſulti quoq; memierūt his uerbis.nūc ex ebo/
& palliũ. tanꝙ barba ſapientẽ faciat & philoſophũ. ſic enĩ inquit apud illum Damaſippus. ſolatus iuſſit ſapien/
Palliata tem paſcere barbam. Idẽ illudẽs. barbatos philoſophos dixit. uellunt tibi barbam laſciui pueri. barba
mendica tos quoq; magiſtros poetæ uocitant ſapientes. & ſanctos. palliata mendicabula Lucius noſter decen
bula. ter appellat quoſdã qui palliotenus philoſophos imitantur: ſordidi prorſus: & ĩperiti Diogenes inter
Barba cynicos philoſophos famigeratus pingitur barba comante. ſicut Socrates coma candente. hinc illud
diogenis Perſianũ. ſi cynico petulans barbam nonaria uellat. Conſimile eſt & illud Sidonii apolinaris. ꝙ cynici
per menta feri rugoſaq; colla rupit odoratã redolenti forcipe barbam. Quod autẽ baculus & pera ſit
Supellex ſupellex philoſophoꝝ & maxime cynicorũ oſtendit Lucius noſter ſcribens in floridis qđ crates phi
cynica. loſophus perã cũ baculo & palliũ humi poſuerit: eãq; ſuppellectilem ſibi eſſe profeſſus ſit. Item ĩ apo/
logia docet peram & baculũ philoſophis cynicis. hoc eſſe quod regibus diadema. quod pontificibus
galerũ. Diogenes baculo uice ſceptri gloriabatur. Sidonius quoq; appollinaris libro. ix. epiſtola. ꝯ. nõ
ceſariem inqt paſcere neq; pallio aut claua ueluti ſophiſticis inſignibus gloriari. Poſuit aũt Sidonius
clauam: pro baculo propterea ꝙ Hercules quẽ ſectæ cynicæ auctorẽ ferũt claua & leonina pelle uſus
Baxeæ. eſt de quo dictum eſt. Neq; una pelle ueſtitior neq; uno baculo comitatior. BAxeæ. Dicunt crepi
dæ & calciamina philoſophica uocabulo minime protrio minimeq; triuiali quod apud ſcriptorem
alium non temere reperias. Idem in floridis loquens de calciatu philoſophico ſic inquit ueſtẽ de tex/
terna emere. baxeas iſtas de ſuterna præſtinare. Itẽ in ſecundo huius operis uolumine dixit propho/
Locus tam palmeis baxeis pedes indutum eſſe. ex hac Apuleiana doctrina cum plautum iam pridem pro/
plauti. fiterer correxi opinor rectiſſime mendoſam dictionẽ ex menechmis. Vbi ſic paſſim legitur. quis iſte
eſt peniculus qui extergetitur bexe. Ego fidenter & plauſibiliter monui ut in locum bexe. quod uo/
cabulum eſt caſſum & nihili ſubſtitueretur baxæ. dictio uetus & ad ſententiam Plautinam mire fa/
Pẽiculus ciens. nam alludens ad nomen peniculi quod genus ſpongiæ eſt: quo baxeæ ideſt calciamenta ho/
ſpongia. dieq; extergentur feſtiuiter dixit ex perſona menechmi ignorantis peniculum paraſatum non nouit
inqt alium peniculum. ꝗ illum quo calcei extergentur fiuntq; nitidiores poluere deterſo. intelligens
ſpongiã: quæ peniculus uocatur & eſt inter cæteras molliſſima: de qua Plinius copioſiſſime in .xxxi.

HIRcino barbicio. Hircina barba porrecta ſcilicet & ꝓmiſſa ad ſimilitudinē barbæ hircoꝝ: quos barbigeros eſſe conſpicimus. plautus in pſeudolo heus tu qui cum hirquina ſtas barba reſponde qđ rogo. pili uiris creſcunt plinio teſte maxime in capite mox in barba reciſi non ut herbæ ab cætera iciſura augentur ſed ab radice exeunt. oium capraꝝ mento dependet uillus quē aruncū uocant: hoc ſiquis apprenſam ex grege unā trahat. cæteræ ſtupentes ſpectant. eos autē qui philoſophi uideri uolūt barbatos conſpicamur barba ad pubē uſq; porrecta. tāꝗ barbiciū illud faciat ſapientē: ueꝝ nō ois bar-

Hircinū barbiciū.

& hircino harbicio philoſophum fingeret. Nec qui diuerſis arundinibus. Alter aucupem cum uiſco: alter piſcatorē cū hamo īduceret. Vidi & urſam māſuē: cultu matrōali ſella uehebatˀ. & ſimiā pileo textili: crocociiſq; phrygiis catamiti paſtoris ſpecie: aureum geſtantem poculum: & aſinum pinnis ad glutiatis ad ambulantē cuidam ſeni debili: ut illum quidem Belleropontem. hunc autem diceres Pegaſum. tamen rideres utrunque. Inter has obligationes ludicras popularium quæ paſſim uagabantur: iam ſoſpitatricis deæ pecularis.

batus eſt ſanctus: nō ois diſcalciatus integer. deniq; nō oīs cū ſacer dotali ueſte eſt ſacerdos cum ſæpe ſub tali habitu flagicioſiſſimi nequiſſimiq; deliteſcant: de qbus dici poteſt doloſi hoies doloſa ueſtimenta: proinde Hieronymus ſalubriter præcipit Euſtochio: ut uiros illos fugiat quoꝝ fœminei ſunt crines: & hircoꝝ barba nigꝝ palliū & nudi impatiētia frigoris pedes. CVM fiſco. Lege cū uiſco obrepſit eni minutulus error uitio linguæ barbaricæ. Diuerſis harundinibus. piſcatoria & aucupatoria: namq; harundines aliæ ſeruiunt piſcatoribus. aliæ aucupibus. Plinius in. xvi. utriuſq; generis meminit hiſce uerbis aucupatoria harūdo a panormo laudatiſſima piſcatoria abaritana ex aphrica calami aucupatorii græco uerbo uocanˀ ixeutæ. CVM hamo. Hamiotas. & hamotrahonas dixere antiqui piſcatores ab hamo. unde hamata numera captatoris decēter dictæ. quæ inſidioſa ſunt & hamos imitanˀ. MANſuem. māſuetam. ſic ueteres loqbātur. ut ſupra annotauimus. ſic & plautus: reddam te ex fera fame manſuem uel ut alii codices habent manſuetem. CVLtu matronali. ſpectaculum prorſus ludicrum. & ridiculum urſam uehi in ſella ornatu matronali. haud abſimile ē illud oratianum. ſiquis lectica nitidam geſtare amet agnam. huic ueſtem ut gnatæ paret ancillas paret aurum. SImiam pileo. ſæpe & apud nos inter oblectamenta oculorum exhibitæ ſunt ſeminæ ueſtitu & calciatu ludibundæ. quæ maxime hominū imitatrices ſunt & paraſitæ; cum opere preciū nihil omittere de ſimiis. iſta produntur. uenatores imitatione calciari geſtiunt: ob hoc illi inungūt laqueos uiſco. quo oculos oblinūt: & ita capiunˀ. amant fœtus immoderate exultāt noua luna: Triſtes ſunt cornuto & concauo ſidere cercopitheci caudas habent: unde & nomen. cynocephali & ipſi ſunt in numero ſimiarum. quibus efferatior natura eſt: ſunt & ſatyri mitiores. callitriches. & facie barbā habent: unde a pulchritudine barbicii ſic dicti. refert poſſidonius ſe uidiſſe ſiluam quandam ſimiis plenā: quaꝝ aliæ ſuper arboribus aliæ in terra ſederent nonnullæ catulos haberent: & ubera pendētia nonnullæ etiam caluæ. quædam hernioſæ conſpectæ cum riſu ſunt. de ſimia ennius ſimia ꝗ ſimilis turpiſſima beſtia nobis. græci πιθηκον dicunt: unde pithecuſis inſulæ inditum nomen. Quidam exiſtimauere a multitudine uidelicet ſimiarum: ad quem intellectum Ouidiāus uerſus refert solet colle pithecuſas habitantum nomine dictas. uerum plinius in tertio opinionem hanc refellit ſcribēs pithecuſam inſulam dici a græcis: nō a ſimiarum multitudine. ſed a ſigulinis doliariorum. græci. n. πιθος dicitur dolium. illic enim doliarii opifices dolia & ſigulina opera peculiariter conficiebant. & ita Ouidianum carmen ut congruat cū pliniana ſententia poterit exponi. ut a nomine habitantum exponas a nomine doliariorum. de hoc tamen opinetur. ut cuiq; habitum erit. prouerbium eſt apđ græcos cuius meminit & ſuidas γέρων πίθηκοσ οὐκ ἁλίσκεται. ideſt ſenex ſimia nō capiˀ. CROcocis phrigiis. purior dictio crocotis. ſunt enim crocotæ & per diminutiōem crocotulæ ueſtes crocei coloris quarum infectores crocotarii dicuntur. in aulularia incedūt infectores crocotarii. De his ſupra ſcripſi. CAtamiti paſtoris. Dicit ſimiam crocotula ueſte indutam geſtaſſe poculum ad iſtar Ganimedis. qui catamitus eſt iouis & pollicitator: quem in cælo aquariū eſſe fingunt poetæ & græco uocabulo hydrochoō uocant. catamitos dici pueros meritorios & concubinos ſat notum catamitum iouis eſſe Ganimedem nemo non nouit: quem hoc in loco paſtorem uocat ſicuti ſupra: ruſticū nominauit. ut uiridiculi ſint illi qui ſincerā lectionem interpollantes pro ruſtico puero corrigūt rhetceum tanꝗ Ganimedes dicendus ſit rhoeteus hoc eſt phrygius & non ruſticus: intolerāda eſt quoꝝdam male litteratoꝝ licētia. qui nō tā explicāt ꝗ implicāt non tam corrigunt ꝗ corrumpunt priſca uolumina. cuiuſcemodi homines magis obſunt ꝗ proſunt latinæ linguæ. igitur Apuleius ſibi conſentaneus & concors Ganimedem ſcite ruſticum appellat: quem hic paſtorē dicit. nam ſi paſtor cōſequenter & ruſticus. ASInum pinnis agglutinatis. Ad repreſentandam bellorophontis fabulam pro pegaſo equo uolatico inductus eſt aſinus cum pinnis annexis. pro bellerophonte ſenex. ut res eſſet ſpectatior ridiculoſiorq;. de bellorophonte ſuo loco. ſuperius explicata ſunt omnia.

Doloſi hoies doloſa ueſtimenta.

Aucupatoria & piſcatoria harūdo

Hamotrahones

De ſimiis

Cercopithecus.

Callitriches.

Pithecuſæ unde.

Doliarii.

Hydrocoos.

Ruſticus ganimedes

pompa moliebat᷑. Mulieres candido ſplendētes amici
mine: uario letātes geſtamine: Verno florētes coronamie
quæ de gremio ꝑ uiā: qua ſacer icedebat comitatus: ſo
lū ſternebāt floſculis. Aliæq; nitentibus ſpeculis pone
tergū reuerſis: uenienti deæ obuiū cōmonſtrarent ob
ſequiū. Et quæ pectines eburneos ferentes: geſtu bra/
chiorum: flexuq; digitorū ornatū atq; obpexū criniū
relegalium fingerent. illæ etiā quæ cæteris unguentis
& geniali balſamo guttatim excuſſo cōſpergebant pla
teas: magnus preterea ſexus utriuſq; numerus lucernis
tedis cereis. & alio genere ficti luminis ſyderū cæleſti/
um ſtirpem propiciantes: ſymphonæ dehinc ſuaues fi
ſtulæ: tibiæque modulis dulciſſimis perſonabant: eas
amœnus lectiſſimæ iuuētutis ueſte niuea & catacliſta
prænitens ſequebat᷑ chorus. carmē uenuſtū iterantes
quod camœnarum fauore ſollers poeta modulatus:
edixerat quod argumentum referebat. Interim maioꝝ

POMpa. Olim apelles pinxit megabyſſi ſacerdotis dianæ epheſiæ pōpam. SOſpitatricis deæ. lu
nam intelligit. ſiue iſidem deā illam multinominam: quæ merito ſoſpitatrix uocatus cuius nutu &
numine cuncta ſoſpitantur in terris cuncta uiuiſcunt. CANdido amicimine. ueſtitu. dicuntur āt
hæc per rethoricas exornationes. quibus nomina ſunt omioteleuta omioptota iſocola latine dicunt
Amici/ ſimiliter cadens ſimiliter deſinens & compar. VERno coronamine. corōis uerno flore contextis.
men. flores ita diſtinguit plinius. ut alios uernos. alios æſtiuos appellet: illa quoq; nō omittenda differētia.
odoramentorum multa. nihil ꝑ
tinere ad coronamenta. NItenti
bus. lucidis. POne. poſt tergū i
a tergo. dicit autem fuiſſe quaſdā
mulieres. q̄ a tergo geſtabant ſpe/
culum. utita pompaticum mini/
ſterium cōuiſeret. REuerſus.
ideſt retro uerſus. & a tergo poſi/
tis uel lege reuexis. ꝑ retro inclia/
tis. obliquatiſq;. PEctines feren
tes. Auguſtinus in. vi. de ciuitate
dei. & ante Auguſtinum Seneca
ſuperſtitionem Ethnicorum illu
dentes ſcribunt in hanc ſententiā
conducenter. ſunt quæ iunoni ac
mineruæ capillos diſponant lon/
ge a templo non tantum a ſimu/
lachro ſtātes digitos mouēt. ornā
tium modo. ſunt quæ ſpeculum
teneant: ſunt quæ ad uadimonia
ſua deos aduocent: ſunt qui libel/
los offerant. & illos cauſam ſuam
Obpexus doceant. OBpexum. pectinatio
nem. nomen eſt quarti ordinis:
nam a pectēdo pexus & per com/
poſitionem obpexus dicitur: ſignat autem fuiſſe in pōpa iſiaca quaſdam mulieres quæ uicē ornatri/
cum implentes fingerent ſe pectinibus pectere crines reginæ iſidis. GEniali. uoluptario & ad gēia
lia obeunda accommodatiſſimo. SIderum celeſtium ſtirpem. & populū ſtellarū numeroſiſſimū:
quæ cum igneæ ſint ardentiſq; naturæ merito propiciantur flammis: flammiuomiſq; iſtrumentis.
Sympho SYMphoniæ. annotandum a noſtris ſymphoniam penultima correpta enunciari: contra uulgi ꝑ
nia. ducentis conſuetudinem hoc uocent cum cæteri. tum Oratius ſcribēs. tum gratas inter menſas ſym
Sympho phonia diſcors. ſymphoniam noſtri concentum interpretantur inde ſymphoniaci dicti cantores mu
niaci. ſici quorū mentio apud auctores. LEctiſſimæ. electiſſimæ. VEſte niuea & catacliſta. hoies quo
Cataſtli rum nominibus parco in ætate noſtra alioquin doctiſſimi locum hunc Apuleianum ita legebant.
pueri. Chorus cataſtlita exponentes chorum cataſtlitam dici ex cataſtlis pueris conſtantem cataſtlos autē
Catacli pueros eē dicebant formoſos: & egregie canentes. quorū Victruuius meminiſſet in. viii. & in hoc in/
ſta ueſtis terpretamento ſibimet applaudebāt tanq̄ Gordianū nodū diſſoluiſſent. quibus nos plane permitta/
mus ut ſe ament & ſua nos certe riuales nō habebunt. cæterū ue cōmentationes noſtras aſſeramus ci
tra alienam inſectationem. ſcito catacliſtam dici ueſtē undiq; clauſam quales hodieq; noſtri ſacerdo/
tes in pompa ſacrificali induunt: dicit᷑ autem catacliſta uerbo græco κατακλείω: quod ſignificat clau
do alii deducere malunt a κατακλάω. quod eſt frango. tanq̄ ſit ueſtis ſine manicis mutila quam &
colobiam: uocant antiqui enī quod & ſeruius grāmaticus memorant. colobiis utebant᷑. & ut auctor
eſt Gellius tunicas citra humerum deſinentes ſiue manicis habebant: quod genus græci dicant: ἐξω
Colobia. μίδας. nam tunicæ manicatæ nō ſine probro habebantur colobia autem ut id quoq; explicemus ue
ſtimenta appellant mutila ſine manicis: & quaſi trunca. a uerbo græco κολοβὸς. legimus in decretis
canonicis quod paulus primus heremita in teſtamento colobium ſuum athanaſio Alexandrio Epi/
ſcopo reliquit. ubi colobiū accipitur pro hoc genere ueſtis quod iam deſcripſimus. ſenſus autem Apu
leii hic eſt chorus ſplendens & lucidus in ueſte candida & manicis carente ſequebatur pompam præ
cedentem & ita catacliſta erit ſeptimus caſus: & cum ueſte copulabitur. ſuidas auctor ē catacliſtas di/
ci θρόνου hoc eſt ſedilia ad menſam parata. SOLlers poeta. ut ſcribit Oratius. carmine dii ſuperi
placantur: carmine manes: poſcit opem chorus & præſentia numina ſentit: olim cū Auguſtus Cæſar
celebraret ſeculares ludos. cantatum eſt orationum carmen a uirginibus pueriſq; prætextatis: liuius
quoq; andromicus poeta quondam carmen cōpoſuit. qđ Romæ in ſacrificiis cantauerūt. QVod
argumentum. Carmine poetico. Argumentum feſtiuitatis & pompæ totius referebatur.

ANtecantamenta, ut anteloquia dicunt̃ ꝓſam ina, ſic & antecantamenta ſunt illa quæ præcinunt̃ ante uota & preces legitimas. MAgno ſerapi, apis rex argiuoꝝ tráſuectus in egyptũ cũ ibi mortuus eſſet factus eſt ſerapis oĩum maxius egyptiorũ deus. Cur auté nõ apis poſt morté ſed ſerapis appellatus ſit, M. Varro, Auguſtinus, Euſebius, nympodorus rationẽ hanc reddiderunt: nã quia arca in qua mortuus ponit̃ ſoros dicit̃ græce: prio ſoros apis deinde littera una ut fieri ſolet cõmutata ſerapis dictus eſt: conſtitutũ eſt etiá de illo: ut quiſquis eũ fuiſſe hominẽ dixiſſet capitalẽ penderet pœnã unde i omnibus templis ubi colebantur iſis & ſerapis, erat etiam ſimulacꝝ quod digito labris impſſo admonere uideret̃, ut ſilẽtiũ fieret, utq; taceretur eos homines fuiſſe dicebatur autem harpocrates ille ſilentii monitor de quo M. Varro harpocrates digito ſignificat ſilentiũ. plinius iá uero harpocraté ſtatuaſq; egyptiorũ numínũ in digitis uiri quoq; portare incipiunt: hic Catullus ſilentioſum atq; taciturniſſimũ intelligi uolens ſcitiſſime dixit factũ me eẽ puta harpocraté: de hoc intellexit & Ouidius illo uerſu, quiq; præmit uocẽ digitiſq; ſilentia ſuadet, ab auſonio dicit̃ ſigalion a ſilentio ut opinor, σιγῶ enim græce ſileo, σιγή ſilentium, idẽ M. Varro ſeraphin & iſim egypti deos eoſdem eſſe cenſet, cælum & terrã qui ut ſamothracũ initia docent ſunt dei magni multiſq; nominibus nuncupant̃ apud alexandriã templũ fuit ſerapidis opere fornicatio conſtructũ: & mira arte uiſendum: in quo ſimulacrũ dei ita erat uaſtũ ut dextera unum parietem, alterũ leua perſtringeret: quod ex oĩbus generibus metallorum lignorũq; cõpoſitum ferebatur: erat etiam dolis & arte cõpoſita feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita aptata ut radius ſolaris per eam directus, os & labra ſerapis illuſtraret, ita ut in ſpectãte populo oſculo ſalutatus ſerapis uideretur a ſole, erat & aliud ibi fraudis genus huiuſmodi ſimulacrũ ſolis ex ferro fabrefactum in aere pendens uiſebatur, cum in laquearibus lapis magnes ſubtiliſſimo artificio itextus ui naturali ferꝝ ad ſe rapet: cogeretq; ſimulacꝝ paulatim aſſurgere, adq; i ſublime ſuſtolli quæ res inſpectores miraculo rei attonitos faciebat atq; uenerabundos. Quidá ſerapim iouem putant, cuius capiti modius ſuperpoſitus ut indicet cum menſura mõdoq; cuncta moderari oportere, alii genium nili eſſe autumant, cuius egyptus opibus & fœcunditate paſcatur, de origine ſerapidis Cor. tacitus non parum multa. Lactantius in primo hic eſt oſiris: quem ſerapin & ſerapidem uulgus appellat: lactantio ſubſcribit Marcianus in hymno ſic ſcribens, te ſerapin memphis nilus ueneratur, oſirin. ſerapium & iſium appellat lampridius templum ſerapis & iſidis, in alexãdro marcellinus ſerapium refert eminere inter egypti templa, ita exornatum: ut poſt capitolium nihil orbis terrarum ambicioſius cernat. PER obliquum calamum, obliquam tibiam intelligit: quã mydas i phrigia primus inuenit ſicuti monaulum mercurius: & geminas tibias marſias dicitur autẽ monaulon, ſingularis tebia & ſimplex, unde & nomen: de qua epigrammatarius, ſæpe duas pariter ſæpe monaulon habet. MOdulum, modulatum carmẽ. SAcris uiam dari, in pompa ſacrorum hodieq; aliquot præficiunt̃ qui ibeant uiam dari: ut pompa ſine offenſaculo pompabiliter procedat, ex inſtituto ſolemni, prætcrea præcones proclamare ſolebant, hoc agite: quo uerbo admonebat̃ reliqs rebus poſthabitis ſola ſacrificia curanda eẽ, illud quoq; ob iter annotandum, placuiſſe maioribus loca uelari qua pompa ueheretur: ſicut etiam apud nos conuelantur cauſam refert Verrius flaccus, ſcribi enim cum po. romanus peſtilẽtia laboraret, eſſetq; reſponſum, id accidere ꝙ dii deſpicerentur, Anxia urbẽ fuiſſe: quia nõ intelligeret̃ oraculũ: eueniſſetq; ut circenſium die puer de cenaculo pompam ſuperne deſpiceret: & matri referret: quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti, quod uehiculi genus eſt, cõpoſita uidiſſet qua re ſenatui nunciata, tunc placuit loca uelis contegi: qua pompa uehi ſolet, atq; itá peſte ſedata puer q ambiguitaté ſortis abſoluerat prætextæ geſtandæ munus impetrauit: ambiguitas autem oraculi fuit in uerbo deſpicerentur, nam qui audit quod dii deſpicerentur, ſtatim itelligit quod dii & cerimoniæ negligerentur haberenturq; diſpicatui: cũ tamẽ oraculũ quod ſemp flexiloquum eſt & amphibolon, intelligi uellet ꝙ dii deſpicerẽtur, ideſt deorſum ex ſuperiore cenaculi parte aſpicerẽtur quod nefas eſt & ad pollutionem ſacrorum pertinet, unde & noſtri hodieq; in pompa ſacrificali pueros & puellas ex feneſtris uetant deſpicere hoc eſt ſuperne in locũ inferiorẽ deſpectare.

INIciatæ ſacris, inter religioſos aſcitæ & cultui cerimoniarum dedicatæ, M. Tullius auctor eſt myſteria appellari inicia, quibus ex agreſti uita exculti ad humanitatẽ ſumus tanquam ea ſunt uitæ pricipia, unde iniciari eſt ritu ſacrorum inſtitui, & ſacris diuinis aſcibi, idẽ M. Tullius diligentiſſime igitur faciẽdũ eſt, ut iniciẽtur eo ritu cæteri quo romæ iniciantur, M. Varro ait ꝙ iniciis cereris porci imolãtur, & quod iniciis pacis fœdus cũ feritur porcus occidit̃, dies inicioꝝ dicuntur a Liuio quibus ſolẽnia ſacrificia celebrabãt̃: quibus nefas erat itereſſe nõ iniciatos, in alio ſignificatu notiſſimo iniciari ẽ inchoare: & auſpicari, Firmicus maternus uer iniciat̃ cum primam arietis ptẽ ſol fuerit ingreſſus.

antecãtamẽta uotorũ. Ibãt & dicati magno ſerapi tibicies: q ꝑ obliquũ calamũ ad aurẽ porrectũ dextrã: fãiliarẽ tẽpli deiq; modulũ freqntabãt: & pleriq; q facilẽ ſacris uiã dari predicarẽt. Tũc ĩfluũt turbæ ſacris diuinis iniciatæ: uiri fœminæq; oĩs dignitatis & oĩs ætatis

Antelo quia.
Antecan tamenta.
Serapis.
Soros

Harpo crates.

Locus ca tulli.
Sigalion

Simula crum ſe rapidis mirum
Notabile.

Seraphiũ iſium.
Mõaulõ.

Hoc agi te.

Dii deſpi cerentur.

inicia

lintea ueſtis candore puro luminoſi. Illæ lympido tegmine crines madidos obuolutæ. hi capillum deraſi funditus uertice prænitentes magnæ religionis terrena ſydera: æreis & argēteis imo uero aureis etiā ſiſtris

Lintea ueſtis ſacrificalis. LINteæ ueſtis candore. orphei & pythagoræ placita laneū ueſtimentū in rebus diuinis ut ꝓphanū īpurūq uituperant. cū lineū uelamentū ut puriſſimū mūdiſſimūq maxime probēt: unde nō mō indutui. & amictui ſanctiſſimis æpyptioꝶ ſacerdotibus ſed opertui quoq in rebus ſacris uſurpabaт. ſcribit plinius libro undeuigeſimo. ueſtes ſacerdotibus egypti lineas gratiſſimas eſſe eo genere lini qđ xylon uocans. unde & dicta xylina. quibus nulla ſunt in candore mollitiaue præferenda. igiт cū

Iſiaci linigeri. iſiaci ideſt iſidis ſacerdotes lintea ueſte prope peculiariter uterenт. a poetis perpetuo epitheto linigeri cognominātur. ſic Ouidius iuuenalis. Marcialis. ſic cæteri ore conſono appellitant. Apollonio tyaneo apud Domitianū principem inter cætera crimia. hoc quoq accuſatores calumnioſi obiecerunt quod ueſtitu līteo uteretur: quod crimē diluens. ut futile & nugatoriū o diuīne pythagora inquit tu pro me ipſo cām dicito. pro his. n. ī iudiciū uocor quoꝶ tu inuĉtior ego imitator ſum. pythagoras. n. ægyptioꝶ diſciplinā cūprimis lau

Laneſtris ueſtitus. dās linteis amiciri cōſtituit. & calciamēta ex arboribus corticibus fieri mādauit ueſtitū ipſuꝶ eē autumās q ex morticina materia cōfectus geſtareт. ideo aūt impurus ex lana ueſtitus ægyptiis ſacerdotibus & pythagoræ & mox Apollonio uidebaт: quoniam ab anīmato decerpitur. & ex eo quidē aīali quod inter cætera mitiſſimum eſt. linea uero ueſtis ideo pura habita eſt. & ſacrificantibus imprimis accommodata quoniā linum ex terra oritur. Quæcūq autem ex terra naſcuntur munda & pura eē

Apollonius linteatus. exiſtimauerunt. hæc & id genus alia apud philoſtratum memorat Apollinius. unde ſidonio data eſt occaſio appellandi Apollonium inter purpuratos linteatum. quid multa: nō ne hodie quoq noſtri ſacerdotes linteati linigeriq in ſacrorum pompa incedere cōſpicitur ? ritu opinor tranſlato ab egyptii ſacerdotibus: de quibus hæc herodotus. ueſtibus amiciuntur lineis. circa crura fimbriatis. qs calaſiras appellant ſuper quas candida ferunt amicula tanquam ſuperiecta. lanæ neq in ædes ſacras geſtantur. neq una cum cadauere ſepeliuntur prophanū. n. eſt. idem aliubi linea inquit ferunt ueſtimēta ſemper recens abluta. huic rei præcipuæ uacantes calceos papiraceos geſtant: aliam ueſtem. aut ali

Linteōes Baccari. Palliones Limpida ſtella. os calceos induere eis fas non eſt. a lintea ueſte linteones dicti linteorum textores. ſcribit Maternus. ſi luna in ueneris ſignis conſtituta feratur ad martem: quod iſta coniunctio faciet linteones. aut tabernarios. Alexander Romanus imperator uectigal pulcherrimū inſtituit lampridio teſte. braccharioꝶ linteonum. & pallionum ubi bracchari & palliones dicuntur bracchariū quæ ueſtes ſunt & palliorum confectores. LIMpido. lucido ſplendicante. limpida ſtella eſt in ſecunda parte leonis. quæ ī horoſcopo facit reges. MAdidos. unguentatos. CRInes madidos. unguento delibutos. CA

Deraſi ſacerdotes. pillum deraſi: ſacerdotes egyptiaci erant capitibus deraſis. quod plinius noſter indicat: & ante pliniū herodotus ſic ſcripſit deorum ſacerdotes alibi comati ſunt. in egypto deraſi idē refert ſolitos eos totum corpus alternis diebus deradere. ne inter deorum cultum quicquam pediculorum. aut alterius excrementitiæ ſordis illos pollueret. Lactantius libro primo inſtitutionum illudens ſacra iſidis egyptia ſic refert. primo ſacerdotes eius deglabra o corpore ſua pectora tundunt lamētantur ſicut ipſa cū perdidit filiū fecerat ob hoc poetæ caluos hoſce ſacerdotes decenter appellant. Satyrographus cū grege linigero circūdatus & grege caluo: epigrammatiſta linigeri fugiūt calui ſiſtrataq turba. quinetiā lampridius de imperatore commodo ſcribens ſic inquit. Sacra iſidis coluit ut & caput raderet anubī portaret & omnis partes expleret. Ex hoc iſiacorum ritu uidetur id quoq tranſlatū eſſe. ut noſtri ſacerdotes comam alere prohibeātur. capite deraſo: quāuis eccleſiaſtici ſcriptores hoc ueluti myſtice &

Raſio capitis. tropologice interpretentur: nam Diuus Hieronymus tradit quod raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio: & quod corona in capite deſignat regni cœleſtis coronam. hoc idem legitur in decre

Prouerbium caluū uellis. tis cāonicis. xii. q. i. De caluis celebre eſt prouerbiū apud græcos φαλακρον τιλλεισ ideſt caluum uellis: quod refertur ad caſſos inefficaceſq hominum labores: illud attende a nobis explicari hunc totū cerimoniarum ritum ſecundum myſteria ægyptiorū: quāuis hæc res fiat corinthi ex formula tamē

Terrena ſidera. & inſtituto ægyptiacæ religionis. hoc enim imprimis ſignificari uoluit Lucius noſter VERtice ꝑnitentes. qui deraſo capite ſunt: uerticem habent ſplendicantem. TERrena ſidera. magna ſacerdo

Laus archiepiſcopi. tum dignatio: & maieſtas: qui terrena ſidera dici mereantur. ſacerdotes hodie mundi lumina nuncupantur. & Diſtinctione. lxxxvi. legimus ꝙ aurum non tā precioſius plumbo eſt: ꝙ regia poteſtate altio ordo ſacerdotalis. unde tu Archiepiſcope ampliſſime dici meritiſſimo potes Terrenum ſidus. & quidē fulgentiſſimū. cū in te & fulgor ſacerdotalis: & litteraꝶ ſplendor eluceſcant & radiēt. columella oppido ꝙ eleganter terreſtria ſidera flores appellat illo uerſu pingit & in uarios terreſtria ſidera flores. AEris. ſiſtris: ſupra diximus ſiſtra dici crepitacula: ꝙ agitata reddebāt argutū ſonū. ob hoc ſonabile ſiſtꝶ a poetis dictū. Simulacꝶ iſidis cū ſiſtro figurabaт: hic illud ſatyricū. iſis & irato feriat mea

Siſtratus lumia ſiſtro: ſiſtratos iſidis ſacerdotes poetæ appellāt a geſtamie ſiſtroꝶ. ut igt ſuidas. ισιαου σεραπευτηρεσ. i. iſidis cultores ſiſtꝶ ꝙtiebāt: unde a uerbo græco σειω. qđ ſignificat quatio īditū nomē

ARGVtum tinnitum.ſtridulum ſonitum:qualem ſcilicet reddunt æraměta. ANtiſtites priarios.ſacerdotes itelligit quos ꝓtomyſtas græco uocabulo ſidonius uocat:qui Archiflamines quoq; nominātur.libro codicis primo legimus Archimandritas nominari proceres ſacerdotū & antiſtites qui ab eo quod ante ſtāt & præpollent.nomen ſortiuntur.antiſtitium uocabulo elegantiſſimo dicitᷓ excellentia & apex:Marcianus uenerabili Antiſtitio præminebat Arhanaſia.inter protomyſtas es tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacratiſſime:qui in ordine epiſcopali uenerabilis maieſtatis antiſtitio procellis & iſtar luciferi inter minores ſtellas eniteſcis.

Protomyſtæ. Archiflamines. Archimādritæ. Antiſtitium.

argutum tinnitum conſtrepentes: & antiſtites ſacrorum proceres illi:qui candido linteamine cinctum pectoralem aduſq; ueſtigia ſtrictim iniecti: potētiſſimorum domini proferebant in ſignis exuuias. Quorum primus lucernam præmicantem porrigebat lumen nō adeo noſtris illis conſimilem:quæ ueſpertinas illuminant epulas.ſed aureum cymbium in medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem. Secundus ueſtitu quidem ſimilis: ſed mãibus ambabus gerebat altaria: ideſt auxilia:quibns nomen dedit proprium:deæ ſummatis auxiliaris prouidentia.Ibat tertius attollens palmam: auro ſubtiliter foliatam:necnon mercurialem etiam caduceū.quartus æquitatis oſtendebat īdicium:

CINctū pectoralem:non tā cincturam q̄ ueſtē hoc in loco cinctū accipimus:nā & porphirio docet cinctū tunicæ gēus eē infra pectus aptatæ, a quo cinctutos cetegos Oratius nominauerit, M, Varro cinctus inquit & cingulū a cingēdo alterum uiris alterum mulieribus attributum.uidetur autē denotare id genus ueſtis ſacerdotalis:quæ ex lio poderis erat ideſt talaris duplici ſyndone:quam Ioſephus Hierōymus, cæteri byſſinā uocāt.hæc adheret corpori, & ita arcta eſt:& ſtrictis manicis:ut nulla omnino iueſte ſit ruga: & uſq; ad crura deſcēdat.Fuit & apud antiquos ueſtimenti genus nomine cingulum pellis colubrinæ ſimilitudine rotūdum.textum.ut marſupium longius putes.hoc balteo lineam tunicam talarē ſupradictam ſtringunt inter umbilicum & pectus. POTENtiſſimorum domini.Lege deum.ideſt deorū:dicit.n.proceres ſacerdotum oſtētaſſe exuuias deorum maximorū.exuuiarū autē noīe ſymbola quædā peculiaria & geſtamina diuina hoc in loco ſignificantur.Vt lucerna.Caduceus:uanus & quæ ſtatim explicātur. PRimus lucernā. Religionis ægyptiæ ſymbolum eſt lucerna.ut opinos pertinēs ad oſiridis ueſtigationem:quem perditum cum luctu quærunt:mox iuentum magno gaudio proſequūtur Auctores Seneca. Auguſtinus lactantius cæteri:ob hoc uidetur Seneca in libro de beata uita ſic ſcripſiſſe: cum laurū liteatus ſenex & medio lucernam die proferens conclamar iratum aliquem deorum:concurritis & auditis, Apud nos hodieq; in pompa ſacrorum ceroferarii conſpiciuntur.Ritu prope coſimili arque germano.Tertullianus denotat hunc ritum lucernarum ſolemnium & improbat inquiēs.cur die læto nec laureis poſtes obumbramus.nec lucernis diem infrigimus.poteſt lucerna hæc uideri ſymbolum ſolis qui & oſiris dicitur.cuius luce cuncta colluſtrantur. præterea auctor eſt Herodotus feſtiuitatem ſolēnem ī egypto celebrari:cui nomen eſt accenſio lucernarum.propterea q̄ noctu ſub dio per uniuerſam ægyptum lucernas accendunt.imbutas ſale.& oleo plenas cum multo Ellychnio.quod tota nocte ardēs perduret.Cur uero ſic lucernæ accēdantur.ſacra quedam ratio commemoratur:quæ auribus ꝓphanorum minime intimanda ſit.Ad hūc myſticum ſenſum.referri non abſurde poſſet illud Perſianū. diſpoſitū pinguem nebulā uomueræ lucernæ.portantes uiolas.poteſt hæc lucerna ſymbolū uideri inquiſitionis oſiridis.qd ſit ad uulcanū referatur:quē inuentorem ignis primum in egypto regnaſſe ſacerdotes affirmāt.lucernari uerbū uetus eſt quod ſignificat lucernis diſpoſitis illuminare: hic illud tecta lucernanť Florentia numina ſertis. CYMbiū.poculū a cymba dictū:cuius effigiē rēpſentat:de quo ſupra. PEctore.corrigo patore.& eni pator:apuleianum uocabulū ſignificans hiatū aptionēq; & eſt orificū patens. Veſtitu ſimilis.liteamine candido idutus. IDEM auxilia.dic.i.auxilia:eſt.n. quoddam quaſi interp̄tamentū:ut lector audiens altaria ſacerdotis manu geſtari.intelligat ea auxilia nuncupari.Cur autē ita nūcupentur:ſtatim ſubiungit ab auxilio ſcilicet.quod auxiliātrix dea iſis cultoribus ſuis præſtat:itaq; altaria hæc poſſunt uideri ſymbola auxilii diuini.Apud Plautum loqtur ī ciſtillari deus cui auxilio eſt nomen. PALmam.tanq̄ ſit ſymbolum uictoriæ:& argumentum palmiferæ regionis.ſcribit Plinius Dactylos palmarum honori deorū dicatos eſſe. CADVceū.Egypti caduceum mercurii ſic figurant.dracones duo maſ.& feminina cōiunguntur parte media uoluminis ſui nodo:quem uocāt Herculis:primæ partes reflexæ in circulum ſunt.caudæ uero reuocātur ad capulum caducei.ornaturq; alis ex eadem parte capitis naſcentibus.Argumentum caducei ad genituram hominum:quæ geneſis appellatur:ægyptii pertinere demonſtrant.Plinius ideo caduceum fieri aſſerit.circundata effigie Anguium:quia angues ſunt concordiſſimi inter ſe & complexu mutuo copulantur.Vnde & caduceum ſignum pacis & ſymbolum eſſe uoluerunt.hinc caduceatores dicti pacis internuncii:liuio curtio cæteris:caducifer:quoq; ipſe Mercurius a poetis nominatur.

Cinctū cicturus. Poderis ueſtis. Cingulū. Accenſio lucernarum. Lucernari. Pator. Deus auxilium. Caducei forma. Symbolū pacis caduceus

DEFOrmata manu ſiniſtra. Videtur diſcordare Lucius noſter a Diodoro: q̄ ſcribit in q̄rto biblio
Caducea theca: q̄ iter ſacras litteras ægyptiorum deformatur manus dextra expanſa liberalitatem ſignificans. ſi
ton. niſtra uero compreſſa tenacitatem: atq; auaritiã: Verrum nullum eſt inter ſcriptores ſup re iſta diſſi-
Manus dium. cum utrũq; fieri cõmode potuerit: ut ſiniſtra compreſſis digitis eſſet ſymbolũ tenacitatis. eadẽ
ſimbolũ. explicata palma foret iudicium æquitatis. GENVIna pigricia. Ingenita & naturali: ſiniſtram eni
natura. in hoĩbus pigriorem eſſe. q̄ dextrã ſat notum p̃terq̄ i his qui ſcæuæ nominãtur: Tales enim
agiliore ſunt ſiniſtra. Vnde & illis
inditum nomen. Sceá. n. græci ſi-
niſtram uocãt: Talis uir Tiberius
quẽ ſcribit trãquillus ſiniſtra ma-
nu fuiſſe agiliore ac ualidiore. Iu-
riſcõſulti Titulo ad edilitium edi
ctum ſceuam hoc eſt hominẽ agi
Siniſtra lioris ſiniſtræ: neq; morboſũ neq;
pigra. uitioſum eẽ tradũt. Albertus ma-
Sceua q gnus in ſecundo de animalibus:
cauſam refert ſiniſteritatis: qa ui-
delicet inquit iecur: Et cor uirtu-
tes ſuas mittãt in ſiniſtrum latus

deformatã manum ſiniſtrã: porrecta palmula: quæ ge
nuina pigritia: nulla calliditate: nulla ſolertia prædi-
ta: uidebať æqtati magis aptior q̄ dextra: Idẽ gerebat
& aureum uaſculũ in modum papillæ rotundatum:
dequo lacte libabat. Quintus aureã uannum aureis
congeſtam ramulis: & alius ferebat amphoram. Nec
mora cum dei dignati pedibus humanis incedere pro
deunt: hic horrendum: ille ſuperũ cõmeator & inferũ:

& a dextro remoueantur: contingit etiam aliquando ut quis a puero ſiniſtram q̄ dextram frequenti
us exerceat: fiatq; inde conſuetudo. & ex conſuetudine natura: ſcripſi in tranquilli cõmentariis Am-
bidextros dici: qui utraq; manu pariter utantur: quos græci amphoterodexios uocant. de qbus Pla-
to. Ariſtoteles hyeronimus: ſed quod ad ſiniſtræ manus pigritiam pertiet quodq; memoratu dignũ
Cur ĩ ſini eſt: comperior apud auctores quod anuli precioſi Dextra manu exempti ſunt: quæ multum negocio
ſtra anuli rum gerit. & in ſiniſtram relegati: quæ ocioſior ẽ. ne crebro motu & officio manus Dextræ præcioſi
lapides frãgerentur. IN modum papillæ rotundatum. Vaſculum hoc papillæ lactãti ſimile uideri
poteſt indicium bouis. in quã: Io. reformata eſt: & mox facta dea Iſis ut fabulæ ferũt. põt & hoc ſym-
bolum eſſe fœcunditatis niloticæ ut ſicut lac profuſum. ex papilla ſaginat fœtum. Ita aq̄ nihil exube-
rans opimat ægyptum: obiter annotandum quẽadmodum helena in templo mineruæ ſacrauit cali
cem ex electro. mammæ ſuæ mẽſura. Inclytus Vldricus roſenſis inter barones Boemiæ primarius.
inter diſcipulos meos tranſmontanos clariſſimus cum mecum ſemper egerit munificenter liberali
Munus nuper mihi donauit uaſculum hac figura papillæ rotundatum argenteum quidem: ſed tã fabre tã
uldriciro eleganter deauratũ: ut aureũ eſſe uideatur quod a me ſeruať conditũ ĩ Gazophylacio i quo ꝑpe pecu
ſenſis. liariter continenť munera: qbus me cõpluſculi proſecuti ſunt ob doctrinæ igeniiq; ut exiſtimãt cla-
Sciphus ritudinem: ut ego ſentio. mediocritatem. ibidẽ quoq; radiat ſcyphus ille argenteus quẽ tu ad me ab
archiepi- hinc ſequiãnum dono miſiſti Archiepiſcope munificentiſſime: qui bracteatoris opificio fabrefactus
ſcopi. luculenter Vina facit meliora: ſubinuitatq; ad bibendũ. LActe. ſecũdum priſcorum declinationẽ
Vannus Lacte dixit, plac: ut ſupra. VANnum. Cribrũ. poeta ĩ georgicis dixit. & myſtica uanus iachi. ubi cõ
myſtica mentatores expoſuerũt. ideo myſticam dici quod liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertine
bant: & ſic homines eius myſteriis purgabantur: ſicut uannis fruméta purgantur. hic eſt, quod diciť
Iſis oſiridis membra a Tiphone dilaniata cribro. i. uãno ſuperpoſuiſſe: nã idem eſt liber pater & oſiris
Iſidis maritus: in cuius myſteriis uãnus eſt: & nũc in põpa iſiaca geſtabatur. dicitur aũt uãnus cribrũ
Euãnare. υπο κοπιο τικου Vallus. inde ſit uerbum euannare: quod eſt uãnis ſiue uallis expurgare. M. Varro
in primo de re ruſtica. Ita fit ut qđ ſeuiſſimũ ẽ in eo: atq; appellať acus: euannatur foras extra areã: in
uarronianis codicibus mẽdũ ioleuit inqbus euaminať paſſim legiť. uerbo futili & nugatorio: cũ euã
nať legẽdũ ſic ſicuti nos correximus uerbo latiniſſimo. & uarroniano: qđ a uãnis iflexũ ẽ. Columel-
la p̃cipit fruméta uãnis expurgari in area deterſa. DEI dignati pedibus icedere. iocularíter dictũ &
decẽter. dicimus. n. deos icedere pedibus hũanis: quãdo hoĩes in põpa ſacrificali ſuſtinẽt perſonas &
nomina deorum: De quibus itellexit Tertullianus ſic ſcribẽs. ipſos deos ueſtros ſæpe noxii induũt. Me
cum ego ſubinde recollens: hæc inſtituta ſacrorum ethnicorum uenio in eã ſententiã: ut credã pleraq; oĩa
Ex cerio- ad cerimoniarum noſtrarum celebrationẽ ptinẽtia: illic eẽ trãſlata trãſpoſitaq;. Nimirum ex gẽtiliũ religiõe
niis pri- ſunt lineæ ueſtes: deraſa ſacerdotũ capita. uertigines in altari. pompa ſacrificalis: muſica modulami-
ſcorum ceri na. Adoratiões p̃ces aliaq; id genus cõpluria: q̄ noſtri ſacerdotes ĩ noſtris myſteriis ſolẽniter uſurpãt:
moniæ haud dubie ſumpta de cerimonia priſcorum. ſic & apud nos hoĩes icedũt in põpa ſacrorum: ſub effigie
noſtræ. ſanctorum & ꝓphetarum: qui dici poſſent dei humanis pedibus incedẽtes. ILLE ſupum. Sẽſus ẽ. mer-
curius q & anubis dř q & nuntius ſuperorum ac ĩferorum. deorum eſſe ferť. ꝓdibat attollẽs caninũ caput. ce
Anubis cinit poeta in ope ſerio. oigenumq; deum mõſtra. & latrator Anubis: quẽ locum exponens Seruius
canino inquit hunc uolũt eſſe mercuriũ. Ideo capite canino pingiť. qa nihil eſt cane ſagatius. Tradũt hiſtori-
capite. ci anubim oſiridis filium ſecutum eſſe patrẽ in bellicam. expeditionẽ: qui armis uſus iſignibus canẽ
p inſigni geſtauit: qua ex re canina forma apud ægyptios colliť: & canes ipſi in ſumma dignatiõe ha-

bentur:cuius rei Euſebius quoq; cõmeminit libro ſecundo p̃parationis euãgelicæ:ſcribens deũ qui
apud egyptios Anubis appellatur caninũ habere caput:eaq; re oſtẽdi cuſtodem ipſum oſiridos fuiſ/
ſe,tam belluas q̃ iportune obiam factos coercẽtem. A canibus qui pro dis habentur dicta eſt Cyno — Cynopolis.
polis,quaſi canum ciuitas.hinc morſus ille ſatyricus.oppida tota canẽ uenerantur nemo dianam.De
anubi dixit Ouidius p anubidis ora uerendi:& ut autumat Strabo anubis deus q capite canino figu
ratur colitur in ciuitate canũ.i.cynopoli:ubi ſacer quidã cibus eſt canibus cõſtitutus.dicit̃ autẽ Mer
curius cõmeator ſuperorum & i/
ferorũ quoniã ultro citroq; cõme/
at inter ſuperos & inferos ut poe
tæ canũt:& ut inqt claudianus cõ
mune ꝓfundis & ſuperis numen
qui fas per limen utrũq; ſolus ha/
bet geminoq; facit cõmertia mũ/
do.ab Homero dicitur. διάκτωρ
ideſt internũcius. Macrobius ex — Internuncius.
hoc Mercuriũ myſtice ſolẽ ſignifi
cari argumentatur nam cum ſol — Sol mercurius.
in iferiore hemiſpherio. ideſt hie
malibus ſignis curſum ſuum per
agit:dicitur iferorum adminiſter
cũ uero ſuperiore hemiſpherio p
tem zodiaci ambit æſtiuam. tunc

nunc atra nunc aurea facie ſublimis : attollens canis ceruices arduas anubis:leua caduceum gerens dextra palmam uirentem quatiens : cuius ueſtigium continuum ſequebatur . bos in erectum leuata ſtatum bos omnia parentis deæ fœcundum ſimulacrum:quod reſidens humeris ſuis proferebat unus ẽ miniſterio beato greſſu geſtuoſo : ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax : pœnitus celans operta magnificæ religionis. gerebat alius fœlici ſuo gremio ſummi ſui numinis: uenerandam effigiem . Ac ne . Hominis quidem non pecoris . non auis . non feræ ipſius conſimile : Sed

ſuperorum nuncius exiſtimatur. NVNC atra.nunc aurea facie.Egyptii ſimulacrum Mercurii pti
cerulea ſpecie & atra.partim aurea & clara figurant:ut per atrum colorem commeator iferũ per au/
ream faciem ſuperorum nuncius declaretur. BOS in erectum leuata ſtatũ.Fabula notiſſima quẽ/
admodum.Io.in bouẽ demutata eſt.mox ẽ boue dea iſis facta:unde merito in pompa iſiaca bos pro/ — Apis bos
dibat:quæ ſymbolum quoq; ut docet ipſe Lucius eſt deæ oia progignentis.egyptus bouem uice nu
minis colit.quem apim uocant:cui ſemel in anno oſtenditur fœmina bos iſignibus quibuſdam no/
tabilis.Plinius & Solinus auctores.Fuit & in egypto præfectura. bouina nuncupata a boue cui dedi/
cata eſt:bouem autem colũt inter deos utilitatis cauſa:conſtat eni ut refert Euſebius bouem tam par
tu q̃ arandi opera eſſe conducibilem.Annotãdum ab eodem Euſebio tradi papauer eſſe ſymbolum — Papauer ſymbolũ fecũditatis.
fœcunditatis.ſupra diximus.quẽadmodum apis egyptiorum deus maximus.poſtea dictus ẽ ſerapis.
Scribit Suidas ἄπιδες θεοὶ ἦσαν τιμώμενοι παρὰ αἰγυπτίοις σημεῖον ἔχοντες περὶ τὴν οὐ/
ρὰν καὶ γλῶσσαν δηλοῦν εἶναι αὐτοὺς ἄπιδας.Apides dei erant honorati apud egyptios ſi/
gnũ habẽtes i cauda & in ligua qd' declarabat eos eẽ apides:qbus inuẽtis τὴν μεγάλην ἦγον
feſtiuitatẽ magnã agebãt.Præterea memoriæ ꝓditũ eſt a ſcriptoribus celeberrimis deos egyptioꝝ eẽ
bruta animãtia & ſingulas pene i egypto ciuitates ſingulas beſtias & mõſtra uenerari.unde & urbes
apd̃ eos ex animaliũ uocabulis nũcupant̃.ut leõtopolis cynopolis licopolis. Cur ãt animalia p dis in
egypto colerent̃ cauſas cũ alii referũt tũ Diodorus i ſecũdo bibliothecæ. OMnia parẽtis deæ.lũcti
lego oiparẽtis.ſic & poeta dixit i.vi.terræ oiparẽtis alũnũ cernere erat:q.n. forma oipotẽs eadẽ & oi
parẽs dicit̃.q̃ſi oia piẽs oia gignẽs. EMiniſterio beato.ex miſtris ſacrorũ.q merito beati dicunt̃.ut
pote cognatiõe q̃dã cũ numine beatifico coniũcti.mercurius cũ uenere i horoſcopo faciet baiulos ſa — Veſtitores deoꝝ.
crorũ ſimulacroꝝ.idẽ i tertio loco cũ uenere faciet ueſtitores deoꝝ. Greſſu geſtuoſo.M.Tul.& Di
uus Ambroſius de officiis ſcribẽtes p̃cipiũt cauẽdũ eẽ ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus:
ut ſimiles põpaꝝ fercu'is eẽ uideamur.ex quo d̃claraf fercula baiuloſq; ſacroꝝ ſimulacroꝝ i põpa ſo — Ciſtæ ſacræ.
lẽni icedere cõſueuiſſe greſſu quodã molliſſimo.& hiſtriõico ac ꝓrſus põpatico. Ciſta ſacroꝝ ca/
pax.De ciſta hac q̃ ſacra optanea occultãtur.& de canephoris.i.baiulis ciſtæ ſacrificalis.habũde anno — Ciſtophorus.
taui i.vi.cõmẽtario.ubi ſcribit tacita ſecreta ciſtaꝝ.illic repete ſi qd hic deſiderabit̃ i Suidas appellat
κίστας ἱερὰς.i.ciſtas ſacras:a qbus κιστοφόρος dictus ciſtifer baiuluſq; ciſtaꝝ. OPerta.Supra di — Optanea
ximus optanea ſacra appellari:q opta era neq; expoſita oculis ꝓphanoꝝ.nã myſteria a græcis dicũt̃. — Myſteria unde
ut interptat̃ Suidas.ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ στόμα.i.ab ore claudẽdo.&.i.decreat eos.q audiũt diuinas cer
rimonias & religiõis arcana os obturare.nec ulli mortaliũ enũtiare. SVmmi ſui numinis.Videt̃ ſi
gnare ſimulacrũ iſidis quod i arcano habebatur.quod nulla animantiũ effigie figuratũ fuiſſe demõ
ſtrat.ſed noua q̃dã forma fabrefactũ:tãq̃ deus & natura rerum parẽs nulla imagine mortaliũ effingi
poſſit.Sic quitus curtius effigiẽ Iouis hamonis umbilico ſimilẽ fuiſſe tradit.ſic & Cor.Tacitus ſimu/
lacrũ paphiæ ueneris nõ humana effigie fabrefactũ eẽ autumat:ſed cõtinuũ orbẽ latiore initio tenu/
em i ambitũ.metæ modo.exurgẽtẽ ſpectari:cuius rei ratio in obſcuro ſit.Iudei nulla oĩno effigie nul
loq; ſimulacro deũ colũt:q incorporeus eſt.inominabilis indicibilis incõpreſſibilis.Vnde anthropo/ — Anthropomorphitæ
morphitæ merito culpãtur quoꝝ hereſis ex eo fluxit & nomẽ:q deũ habere humana mẽbra arbi/
trabãtur ignorãtes.qd' deus nec mẽbris diſtinguit̃.nec corporis mole cẽſetur. Verũ q̃do in canonicis

ſcripturis membra deo attribuuntur.id totum myſtico intellectu ad poteſtates diuinas referendum
eſt. SOlerti repertum.Corrigo repertu.hoc eſt inuentu.ſiue inuētione. TEgente.Purior lectio ē
tegend e religionis. VRnula faberrime cauata.Opinor hác urnulā referri ad ſitulā.quā ſiniſtra retí
nens iſis figuratur:per quam fluentiam omnium lacunæ oſtendi tradūt.præterea capiti ſerapis.cu
ius numen cum iſide cōmune eſt.calathum inſigunt:q̄ſi ſol ſit cuius uertex inſignitus calatho & al/
Faberrie titudinem ſideriis monſtrat.& potentiam capacitatis oſtendit.faberrime autem aduerbium eſt ſigni
ficás pfectiſſime politiſſimeq̧: fa/
bre ut inquit placides perfecte di/
citur. QVam rotūdo. Rancida
grammaticorū ſubtilitas.q̄ rotun
diſſimo contendit eſſe dicēdum.
auctoritas eruditorū:quæ lōge po
tētior eſt.grāmaticalibus illis pla/
citis poſthabitis.ſic dicere ſæpiſſi/
me mauult. SImulacris egyptio
rum.De ſimulachris egyptiorū:q̄
ſunt illorum ſacræ litteræ ſuo lo/
co mox dicemus.& dudum dixi/
mus deos egyptiotum eſſe anima
lia. LOngo riuulo pminebat.
Videtur oſtendere urnam illam
Naſus in fuiſſe naſutiorem: &.n.naſus dici
uaſis. tur in uaſis riuulus ille pminens
ex quo liquor egeritur Iuuenalis
ſiccabis calicem naſorū quattuor.
Ab epigrammatario poeta quoq̧
dictum eſt.naſus lōgior ille fuit.
DILAtiōe.Lego dilatatione ſi/
gnat enim urnā dilatatam fuiſſe
ab ea parte.qua adherebat anſa.&
ita hodieq̧ urnæ fictiles finguntur
ut ſcilicet ſint orificio patentiore.
SVPer ſedebat aſpis.Nō teme/
re aſpis ſedens ſuper anſam urnæ
fuiſſe deſcribitur.ſed ex myſteriis
egyptiorum ſumptū quibus iſis
figurabatur Cinctū caput habens
aſpide ſerpēte:Quod & Valerius
Flaccus denotat illo uerſu de iſi/
Aſpis ī ca de loquens.Aſpide cincta comas.
pite iſid's & onanti perſona ſiſtro.Auctor eſt herodotus ſerpentes in egypto ſacros eſſe.nihil omnino homini
bus noxios.Lego apud Amianū Marcellinū alií in egypto ſerpētes ínumeras quas oīs magnitudine
Vis ſom/ & decore aſpis facile ſupereminet multa in illis tractibus.Vnde & ſimulacris iſidis peculiaris.Aſpidū
ni fica' ceruices & colla ítumeſcere.& tumore uenenato exuberare.auctor eſt Plinius.qui alíubi tradit aſpi/
aſpidis di uim ſomnificā in eē:ut pcuſſos torpore & ſomno necet:tales uocāt hypnalas a ſomno. Cleopatra
Hypnale teſte Solino hypnalen aſpida adhibuit ad morſum:Vt ita ſomno extigueret. ptyadas aſpidas appel/
Ptyades. lant:q̄ Soliuas uenenatas inoculos hoium expuāt. PRAEſentiſſimi.Virgilius nec tā p̄ſentes alibi
cognoſcere diuos.Plinius remedia p̄ſentiſſima ſcite appellat.q̄ ſtatí afferūt.medulā ſalutarem:& ſine
dilatione perſanāt. SAlutē meā gerēs ſacerdos.Coronā roſeā ītelligit qua ſalus Lucii & reformatio
promittebatur. PROferēs ſiſtrū deæ.Hæc fuerat diuina iſidis pmiſſio quæ ſupra ſic Luciū allo/
quit meo monitu ſacerdos.q in ipſo pcīctu pōpæ roſea māu dextra ſiſtro cohcrētē geſtabit coronā.
MIhi hercules coronā.Sēſus ē:ſacerdos dextra ferebat coronā aſiacā.quæ dubio pcul mihi quoq̧
erat cōueniēs corona:cū coronādus merito forē.tanq̄ fortūæ uictor.q tot labores tot erūnas in oi ui/
ta ptulerā:coronari.n.uictores in ludis corōis mulnfariis cōſtat de qbus alíubi plura. EXANclatis.
Exhauſtis exſudatiſq̧. DEæ maximæ.Iſidis. INCLEmēti.imodico.& ferociēti. CVNctabū/
dus.Cōtáter & lēto greſſu gradiēs. DECEdēte diuinitus populo.Nutu & numine deæ iſidis com
monitus oīs populus aſino decedebat:dixit.n.ſupra hoc ipſo uolumine:meo iuſſu tibi cōſtricti co/
Reapſe mitatus decedēt populi. RE ab ſe.Legēdū eſt reapſe.hoc eſt re ipſa.ut ueteres dicebāt & ſupra an/
notatū ē. NOcturni oraculi.Dixit ſupra iſis:hoc eodē momēto quo tibi uenio ſimul q̄ ſunt cōſeq̄n
tia ſacerdoti meo p qetē faciēda pcipio. MANdati mūeris.A dea.ſ.p nocturnā qetē. OB os.A doſ.

ſollerti repertū etiā ipſa nouitate:reuerendā altioris ut
cūq̧ & magno ſilentio tegente religionis argumētū in
effabile.ſed ad iſtū plane modū fulgēte auro figuratū.
Vrnula faberrime cauata fundo q̄ rotūdo miris extrin
ſecus ſimulacris egyptiorū effigiata.eius orificiū nō al
tiuſcule leuatū:ī canalem porrectū longo riuulo pro/
minebat.Ex alia parte uero multū recedens ſpatioſa di
latione adherebat anſa:quā cōtorto nodulo ſuper ſede
bat aſpis ſquameæ ceruicis ſtricto tumore ſublimis:&
ecce preſentiſſimi numinis pmiſſa nobis accedūt bene
ficia:& fata.ſaluteq̧ ipſam meā gerēs ſacerdos appro/
piquat ad ipſum preſcriptū diuinæ pmiſſiōis ornatū.
dextra pferēs ſiſtrū deæ coronā.mihi etiā Hercules co
ronā cōſequēter.quod tot ac tātis exanclatis laboribus
tot emerſis periculis deæ maximæ prouidētia adluctā
tē mihi ſæuiſſimā fortunā ſuperarē:nec tamen gaudio
ſubitario cōmotus inclementi me curſu proripui: ue/
res ſcilicet ne repentino quadrupedis impetu religio/
nis qetus turbaretur ordo: ſed placido ac prorſus hu/
mano gradu cōtabundus paulatim obliquato corpo/
re ſane diuinitus decedente populo.ſenſim inrepo. At
ſacerdos ut re ab ſe cognoſcere potui:nocturni cōmo/
ne fcūs oraculi:miratuſq̧ cōgruentiā mādati muneris
cōfeſti reſtitit:& ultro porrecta dextra obos ipſū meū

